Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Chyträus

EX || PINDARI || ODIS, excerptae || GENEALOGIAE || Principum Veteris GRAE-||CIAE, & || GNOMAE illustres, de || DEO, Prouidentia, Justitia,|| Modestia, et varijs vitae || humanae casibus:|| STVDIO || DAVIDIS CHYTRAEI.||

Rostock: Möllemann, Stephan, 1596

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1702173135

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1702173135/phys_0001

Cc – 7652.
~~Cc 3693.~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1702173135/phys_0002

PINDARI
ODIS, excepta
GENEALOGIÆ
Principum Veteris GRÆ-
CIÆ, &
GNOMÆ, illustrandæ
DEO, Promotionis, Justitiæ,
Modestiæ, Gravitatis,
Lumine, Cassiodoro.

[illegible]

DAVIDIS CHYTRAI

ROSTOCHII
[illegible]
ANNO
MDXCVI.

CII. c. 3692.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1702173135/phys_0003

EX PINDARI ODIS, excerptæ GENEALOGIÆ Principum Veteris GRÆCIÆ, & GNOMÆ illustres, de DEO, Prouidentia, Justitia, Modestia, & varijs vitæ humanæ casibus:

STVDIO

DAVIDIS CHYTRÆI.

Ex libris Joachimi Pauli manni
F. M. Planer

ROSTOCHII
Excudebat Stephanus Myliander
ANNO
M D XCVI.

CII. c. 3693.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1702173135/phys_0005

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1702173135/phys_0006

CL. V.

LAVRENTIO RHODOMANNO Vati,

Vates MARTINVS BRASCHIVS

S. D.

EN tibi LAVrenti sublimi Pindarus ore,
Vel magè Pindaricũ cor nucleusq; tibi.
Iam sene sed vegeto commentatore CHYTRÆO:
Has sibi delicias cruda senecta facit.
Sic non abiectâ moritur vexillifer hastâ,
Stans sub vexillo sic obit altus eques.
Isocratem dicunt & sic obiisse Platonem,
Scribentem, tacitâ morte premente manum.
Quæris Thebani quid cor nucleumq; Poëtæ,
Non mea sed mittam dona aliena tibi?
Nolim te tantum nunc primum discere vatem,
Quem te cum primo lacte bibisse puto.
Quis tecum in Graiæ veniat certamina Musæ,
Se tibi Teutonicis anteferatue plagis?
Vallibus Ilfeldis nutritus, vt alter Homerus,
Pindaricos tinnis æquiparasq; sonos.
Sed magè, quò vatem miretur nostra iuuentus
Non lenocinio nominis absq; tui.
Et similes istis nôrit decerpere flores,
Priscaq; ab antiquo stemmata discat auo.
Quo cultu superos veneremur, honore parentes,
Vitæ hoc officiis quîs tueamur onus.

Quantum quisq; sibi, quantum concedat amico:
Iustitia & pietas quo sit habenda loco.
Vt ferat obscuros sublimè, prematq; superbos,
Vertat & in puncto maxima sæpe DEVS.
Prosit in aduersis quantum patientia rebus,
Vt timeat sapiens prospera fata metus.
Virtutes reliquæ, vitiorum & noxia facta,
Hæc pœnas, illæ præmia quanta ferant.
Rectius hæc adeo docti monumenta Platonis,
Pythagoræ melius nec docuêre Scholæ.
Iudice te, tacità secum meditatus in vmbrâ
Illa, magis longè religiosus erit,
Friuolaq; & rixas quàm qui sectatus inanes
Pugnaci tantùm gestat in ore Deum.
Quando erit vt claras patriæ Germanidos vrbes
Euehat ætherei, te duce, fama rotis?
Hoc te iamdudum poscit Germania carmen,
Vnde sit & Graijs nota futura viris.
Sed tamen annales SICVLI dabis antè retextos
Culta manus Latiâ quos tua pingit acu.
Quid nos? pruritu quos vexat inertia miro,
Sensim atq; ingenium deterit acta dies.
Hæc tamen obscuri non aspernare sodalis
Mutua de doctâ munera sumpta manu,
Ac quantum dotes magni mirare CHYTræi,
Tantum hic te nostri dulcis inescet amor.

DE

DE PINDARO.

QVod Basilius, de Homero, Poëtarum parente, pronunciat: Πᾶσα ἡ ποίησις Ὁμήρου ἀρετῆς ἐστὶ ἔπαινος, Tota Homeri poësis est VIRTUTIS doctrina & laudatio splendida, insignibus præceptis ac exemplis illustrata: Idem Pindari Lyricorum principis argumentum & scopus in singulis Odis est, vt Virtutem victorum in sacris certaminibus laudet: & sumptâ occasione, ex victorum patriâ aut familiæ origine, relicto humiliore argumento, euolans in sublime, veteres historias, seu veterum Græciæ principum Genealogias & res gestas celebret, & vbiq; grauissimas sententias de DEO, prouidentiâ ac scelerum pœnis, & præcepta de Iustitia & modestia & cæteris virtutibus intexens, Regulas vitæ cum exemplis historiarum coniungat.

Præcipuè igitur, hi duo fines, vobis, in hac lectione propositi erunt, vt in singulis Odis, Genealogias principum Veteris Græciæ: & Gnomas illustres, seu lectas & insignes sententias & Regulas vitæ excerptas, memoriæ infigamus. Eloquentiam enim Pindari, vt inimitabilem, ita verbis vix ex-

plicabilem, ac, vt Quintilianus ait, spiritu, magnificentia, sententijs, figuris, beatissimam rerum verborumq; copia &c. contentus simplici verborum interpretatione, vt intelligi orationis sententia possit: alijs artificibus illustrandam relinquam.

Studiosi de sapientia ac eloquentia Poëtarum, Epigramma vsitatum meminerint.

Vera est fama, bonos agitari numine vates,
Nam Deus illorum pectora sancta mouet.
Virtutis præcepta canunt, & vatibus author
Prodidit in terris illa docenda Deus.
Largaq; cum cœlo veniat facundia; rursus
Eloquij vires altera dona dedit.
Est igitur pietas, claros legisse Poëtas,
Cùm bona de superûm munera sede ferant.

Natus est autem Pindarus, Thebis, Olympiade 65. circa initium Darij Hystaspis. Nam cùm Xerxes in Græciam copias duceret, Olymp. 75. natus fuit annos 40. & obijt anno ætatis LV. teste Suida. Scripsit præter ἱερονίκας, παρθένια, βακχικὰ, Pæanes, Dythyrambos, Encomia, Threnos, Epigrammata, sedecim Tragœdias. Sed solæ hæ odæ, Hieronicis in Olympijs, Pythijs, Nemeis Isthmijs, scriptæ supersunt. Nam hi quatuor ἱεροὶ ἀγῶνες, seu sacra certamina, Græcis celeberrima fuerunt. de quibus dicitur in Epigrammate

Τέσσαρες

Τέσσαρες εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, πόσαρες ἱεροὶ.
Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Sacra per Arginas certamina quatuor vrbes:
Præmia sunt, pinus, poma, apium, atq; oleæ.

OLYMPIA, *in Elide, ad Alphæum fluuium, & vrbem Pisam, celebrabantur. quæ in honorem Pelopis materni proaui sui,* HERCVLES, *deuicto Augea Rege, instituisse dicitur, ac ipse Hercules, vno spiritu 120. passus seu 600. pedes currendo confecit. quod spacium propriè stadium appellatur. Quinque enim ludorum, seu certaminum Genera præcipua fuerunt. 1. Cursus pernicitate, in stadio, vel pedibus, vel equo celeri vel curru certabant. 2.* Πύγμη, *Pugnis vel cæstibus, pugiles consligebant. 3.* Ἅλμα, *Saltus sublimitate, vel longitudine, vel celeritate contendebant. 4. Disco lapideo, aut ferreo. 5. Palæstra, nudi & oleo vncti luctantes se inuicem in terram deijcere nitebantur. Sed hæc certamina diu intermissa, & penè abolita, annis post excidium Troiæ quadringentis & quinq; instaurata sunt. ac initium primæ Olympiadis in tempora Oziæ Regis Iudæ collocatur. ante quas nulla series temporum*

certa in Græcis historijs extat; sed omnia plena confusionis & dissonantiæ existunt. Complectitur autem Olympias, spacium quatuor annorum integrorum. ac profuit Olympiadum distinctio ad seriem temporum in Græca historia, & Anni Græci rationem conseruandam. Non enim ludorum causa præcipuè hi conuentus in Olympijs, Pythijs, Isthmijs seruabantur, sed publica comitia erant Principum ac ordinum Græciæ, in quibus, de summis Reipublicæ negotijs, de bello & pace, & anni ratione certa, per intercalationem tuendâ, deliberabatur. Vt autem nunc in comitijs Germanicis, Ludorum & conuiuiorum inter principes maior ferè ratio à vulgo, quàm principalium negociorum habetur; ita in Græcorum comitijs, hi ludi, in quibus victores, data per præsidem & iudicem certaminum virga palmea, ἱερονίκαι pronunciabantur, & corona, in Olympijs ex olea, in Pythijs ex Lauro, in Nemeis ex apio, in Isthmijs ex pinu, redimiri solebant: summo in honore ac celebritate erant. vt βραβεῖον seu præmium victoriæ in Olympijs, Pythijs, consequi, propè maius & gloriosius duceretur, quàm Romæ triumphasse. Itaq; Plato in quinto de LL. inquit: eum esse optimum patriæ ciuem, qui pulchrius & gloriosius esse ducat, legibus publicis reuerenter parere, quàm in certamine Olympico vel quouis alio victorem existere. De Olympiis, qui plura cognoscere cupit, legat Pausaniam in Eliacis.

Primæ

PRIMA ODA, celebrat victoriam Hieronis, principis Syracusani, sed huic intexit historiam PELOPIS, proaui materni Herculis, in cuius honorem Olympicus Agon primùm institutus erat. Narrat igitur de Pelope, Tantali filio, quis sit, & quomodo potitus sit Eliaca. Sic memoriam familiarum & rerum gestarum propagare voluit.

Hieron, cui tot Odas Pindarus inscripsit, fuit frater Gelonis, regis Syracusarum, à quo Græci, tempore belli Xerxis, missa legatione, auxilium petunt, apud Herodotum Πολυμνία. pag. 225. Vbi etiam Hieronis huius nominatim mentio fit.

GENEALOGIA PELOPIS, qui ad Alphæum fluuium, Pisæ in Elide, habitauit, & sepultus est.

TANTALVS rex Phrygiæ opulentissimus, filium Pelopem Dijs comedendum appponere voluisse scribitur: & ambrosiam Deorum hominibus dedisse, seu religiones aliquas violasse.

PELOPS, à Neptuno, seu maritima nauigatione liberatus ex manibus patris, in Peloponnesum peruenit, cui occupatæ, à se nomen dedit. Vxor Hippodamia, filia Oenomai regis Pisæ, cuius regnum tenuit.

Niobe, Amphionis Thebani vxor.

Pittheus, *Troezene habitauit.*
|
Æthra.
|
THESEVS *Rex Athenarum.*

Lysidice, *nupta Electryoni, filio Persei.*
|
Alcmena.
|
HERCVLES.

Licymnius.

ASTYdamia, *nupta Sthenelo, filio Persei*
|
Eurystheus, *cui ab Atheniensibus interfecto, succesit auunculus Atreus.*

Atreus, *65. annis post Pelopen regnauit. vxor Merope à Thyeste stuprata. quem ea de causa regno expulit, eiq; posiea reconciliato proprios liberos apposuit deuorandos.*

Thyestes.
|
Ægisthus. *qui occidit Atreum senem, eiusq; filium Agamemnonem, cuius ad Troiam absentis vxorem habuit.*

Tantalus.

CHRYsippus *à Laio raptus.*

GNOMÆ.

AGAMEMMON *dux Græcorum ad Troiam. Vxor Clytemnestra, Tyndarei filia.*
|
ORESTES *& sorores.*
|
Tisamenus *rex Lacedemon.*

MENELAVS *Spartæ rex. vxor Helena, bello ad Troiam repetita.*
|
Hermione, *sponsa Orestis.*

ANAXIBIA, *nupta Strophio Phocensi.*
|
Pylades, *Orestis amicus.*

Εἰδὲ θεὸν ἀνὴρ τις ἔλπεται τι λαθέμεν ἔργων, ἁμαρτάνει. *Si DEVM, homo faciens aliquid (sceleratum) sperat se posse latère, errat.*

Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλὰ. *Decet homines de Dijs honesta loqui.*

Causam pœnæ Tantali fuisse Saturitatem & Insolentiam in rebus secundis ait. Si quem hemi-nem mortalem, Olympi incolæ honore affecerunt, is fuit Tantalus. Sed magnis opibus non potuit frui (concoquere magnam felicitatem non potuit) Saturitate autem insolenti attraxit sibi magnã pœnam, propter quam pater suspendit supra eum magnum lapidem, quem semper à capite repellere cogitans, gaudio priuatur. Habet autem miseram hanc vitam & implicatam ærumnis, cum tribus (Sisypho, Ixione, & Tityo) quartum laborem.

In oratione Pelopis ad Neptunum, per Hypallagen effert, ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν ἀνδρὸς φῶτα λαμβάνει. *Magnum periculum non capit imbecillum virum. seu, Vir ignauus nunquam suscipit magnum periculum. Cùm autem mori necesse sit, cur sedens aliquis in tenebris obscuram ætatem sine gloria transigat.*

In Laudatione Hieronis, insignia Noëmata sunt, ἀρέτων κορυφὰς ἑλεῖν ἀπὸ πασῶν. *Ex omnibus virtutibus (cacumina) summum decerpit.*

Μὴ τιν' ἀμφότερα, καλῶν ἴδριν ἄλλον, καὶ δωναμιν κυριώτερον. *Neminem in vtraq; re, & scientiâ rerum bonarum, & potentia, præstantiorem esse.*

Επ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι, τόδ' ἔχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. μηκέτι πάσσαγε πόρσιον. εἴη δ' σοὶ τοῦτον ὑψοῦ χρόνον πάλιν. *Alij alijs rebus magni sunt. sed Regum summus, est bonos. Tu verò ne spectes vlteriùs (Non MAIORA quæras) Detur tibi toto vitæ tempore hoc fastigium retinere.*

Ἡμέραι δ' ὕστεροι, μάρτυρες σοφώτατοι. *Tempus reliquum sapientior testis est, seu, Dies, qui sequuntur, sunt testes sapientissimi.*

ἀκέρδεια λέλογχεν πλεῖστον κακηγόρους, *Damnum assequitur plerumq; maledicos.*

Singulari autem industria & fœlicitate, primam hanc Pindari odam, eodem carminis genere, Latio donauit Menradus Moltherus. Quare non ingratum lectori futurum duxi, si eam adjungerem.

STROPHE I.

Membrorum XVII.

Nihil præstat aquæ quidem	Inde scribere speras,
Ignis vtq; coruscat	Quærites ne lucidam,
In tenebris micans, sic	In polo rutilo
Super eximias opes aurum est.	Die micante, Sole stellam
Siue clara Olympica	Magis, pectus intimum.

Nec

Nec trophæa clariora
Quàm celebrantur Pisæ,
Canere statuimus.
Iudicantibus sophis
Eius laus modica neq; erit,
Iouem qui colunt beata
Domo nunc Hieronis inclyti.

ANTISTROPHE membrorum XVII.

Regit qui Siculum solum.
Pingue, fertile, pulchrum,
Candida sceptra portans,
Simul omnia summa virtutum
continens, celebriter
Musices quoq; callet
Gratiam pũssimam,
Qua, epulis positis,
Viri colunt amicè amicos.
Lyram at modò arripe.
Mente si tua reposta
Gaudia sunt maxima.
Equidem equus abiens
Victor ex Olympicis
Retæ ceu celeripedis est
Rotatus, Syracusanum
Trophæo decorauit inclytum.

EPODOS Membrorum XIII.

Et illius honoris ingens
Micat inde fama
In insula Lydi Helidæ patria
Pelopis, at hunc amauit aquosa re-
gna territenens qui regit tri-
denti
Suo, cùm tribuisset ex lebete pu-
ro, tracto, humeros eburneos
Clotho, simul & prioris
Munera vitæ.
Res mira sic homunculos
Capi, vt phaleratas velint
Inanesq; sic credere fabulas,
Fallere quis decori est.

STROPHE II membrorum XVII.

Tamen Gratia, cuncta quæ
Grata reddit in orbe,
Efficit, vt decore
Habito, simul ipsa credatur
Vera, sæpè fabula.
Porro tempora testes
Sunt næ certissimi,
Quos nhil lateat.
Loqui est decès honesta de Dijs,
Virum. Sicq; culpa non

Magna

Magna, si prioribus nunc
Dixero contraria.
Pater vbi vocitat
Cœlites ad eximia conuiuiola Sipylo
(Vicem Dijs vt exhiberet)
Triceps flumina qui regit, rapit

ANTISTROPHE

Membrorum XVII.

Tuo captus amore, te
O Pelops revehitq;
Aureo ad ipsa curru
Iouis altitonantis augusta.
Huc priore tempore
Venit & Ganymedes,
Vt Ioui seruiat,
Inde quærere mater, & diu quidem solebat,
Nihil nuncius reportat, sed inuidus vicinus
Clam hæc aliquis dixerat;
Aqua calida, tua
Membra quod resolverit,
Cruento at lacera gladio
Vbi facta, nempe carnis
Tuæ pinguissima deuorata sunt.

EPODUS

Membrorum XVIII.

Sed haud mihi videtur, esse
Aliquem Deorum
Vt explicem, subinde famelicum,
Fugio, & abhorreo tale. sæpius
Lues mala blasphemias secuta est.
Honorant aliquem sub orbe cœlites
Si vsquam, nempè erat ipse Tantalus.
Hanc sed beatitatem ferre recusans,
Pœna rotante plectitur.
Super caput est maximus
Lapis quem cupit pellere, Iuppiter
Nulla gaudia donat.

STROPHE III.

Membrorum XVII.

At hæc vita, fame, siti,
Stando perpetuo, manet quoq;, tum labor quartus adest. Equidem ille sublegit
Et dedit sodalibus
Nectar ambrosiamq;,
Quæ Deis attinent,

Morte

Morte quis caret ipse, prandio suo. Deum vir
Latere hoc quod egerit,
Si quis existimabit, errat.
Is labor, Dijs filius
Placuit vt abeat
Rursus ad genus saum.
Simul florigera vbi redibat aetas, nigrumq; mentum,
Futuras petit ipse nuptias.

ANTISTROPHE
Membrorum XVII.

Pisam vrbem veniens sacram,
Inde vt Hippodamiae
Connubium reposcat,
Mare ceruleum propè, incla-
Nocte solus abdita (mat
Supplici prece Neptun-
num Pelops, mox adest,
Si tibi Veneris
Ait benigna dona Neptun-
ne sunt grata, te precor
Nunc ferocis pellito hastam
Oenomai principis,
Celeri pedeq; ro-
ta subinde splendife-
ra victoria in Elide sit
Mihi, nam viris negauit
Peremptis tredecim ille nuptias.

EPODVS.
Membrorum XIII.

Pericula sed ampla nemo
Nisi fortis amplecti-
tur. Proinde cùm raptat in or-
be propere, quod tenet spiri-
tum, cruen-
ta mors, quid inertem sequar
senectam,
Et expers sedeam perinde glo-
riae?
Est propositum quidem mihi
Certamen, at faue
Neptunne meis coe-
ptis, sic ait, nec has preces
inutiliter fuderat,
Dedit namq; currum Deus au-
Illi, & equos rotantes. (reum

STROPHE IIII.
Membrorum XVII.

Proinde Oenomaum domat,
Virginem sibi jungit
Connubio, illa sex ge-
nuit egregios studentes vir-
tutibus duces. Cele-
bratur ergo perenni
Laude, spectaculis

Inclytis

Inclytis, equidem
In Alphæo eius est sepulchrum,
Frequens quod caterua per-
lustrat. hic & ara, sacra
Qua peragunt aduenæ.
Ibi celeripedes,
Viribusq; fortibus,
Coronam accipere cupiunt
Viri, victor vnde gaude-
re vitæ reliquos dies potest.

ANTISTROPHE
membrorum XVII.

Adest omnibus illa præ-
sens dies recolenda,
Optima, tum suprema,
Sed & interitura nunquam.
Nunc
Est necesse, vt & celebremus
Hunc Hieronem
Debitis laudibus.
Nemo porrò alius
Vt inde spero surget hospes,
Et ampla scientia
Qui peritus, atq; rerum
Cognitione, explicet
Celebriter hodiè
Hunc virum integerrimum.
Fauet sollicita ut Hiero
Canem te benigna curis
Tuis Musa, aderitq; dulcior

EPODUS
membrorum XVII.

Sonus, celerius Pisam cùm
Venerim ad celebrem
Viamq;, te meis ibi numeris
Adhibuerim, mihi Musa nunc
quidem
Dat vndiq; velox perinde te-
lum.
Micent clari alij, subinde re-
bus be-
atis alijs, at ipse rex
Fastigium tenet.
Nil altius optes,
Hac oro dignitate tem-
pus vt peragas, & mihi
Per omnem inclyto pangere
Græciam
Nunc liceat trophæum.

Finis primæ Odæ.

ODA II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1702173135/phys_0020

OLYMPIA.
ODA II.

Laudat Theronem principem Agrigenti. cuius maiores cùm ex Oedipi posteris orti essent: familiæ Cadmi, & Oedipi, & Thersandri filij Polynicis mentionem facit. & locum communem de Prouidentia splendidum intexit. Etsi omnes homines variis & sæuis casibus fortunæ obnoxij sunt, tamen tandem iusti habent lætos exitus: sceleratos verò comitantur pœnæ etiam apud inferos.

CADMVS, condicor Thebarum Bæotiæ. — Harmonia, filia Iouis ex Electra Atlantide.

Semele, fulmine icta — Bacchus.

INO, cum filio Melicerto in mare præcipitata.

Polydorus. — Labdacus.

Autonoë — ACTÆON à canibus suis dilaceratus.

Agaue, nupta Echioni. — Pentheus, à furentibus Bacchis dilaceratus. — Clasas. — Menoëceus.

LAIVS rapuit Chrysippum Pelopis filium. occisus à filio Oedipo.

IOCASTA, patri Laio, & filio Oedipo, nupta.

Creon. — Menoëceus pro patria immolatus.

OEDIPVS, Rex Thebanus.

Eteocles. POLYNICES, Antigone. Ismene.
gener Adrasti.

Laodamas. THERSANDER, à quo generis originem habere maiores Theronis in hac Oda Pindarus affirmat.

Scribunt enim, Telemachum septimum ab Oedipo, collectis ex Thebana terra copijs, in Siciliam traiecisse, & Quartum ab hoc Telemacho, fuisse in Sicilia THERONem, cui hæc oda dedicata est. Thersander in expeditione Troiana deinde à Telepho rege Mysorum interfectus est. Vxor fuit Demonasse filia Amphiarai

Recensens autem Poëta, varias rerum secundarum & tristissimorum casuum vices, in familia Cadmi ac Oedipi: addit Epiphonema, Non esse notum hominibus mortis tempus, nec quando tranquillum diem sine aliquo infortunio peracturi simus. Fluctus enim alias alij cum secundis & aduersis rebus adoriuntur homines. Sic & fatum, quod huius (Theronis) paternum genus reddidit florens, alio tempore etiam aliquid mali adduxit. Ex ista (instabilitate fortunæ) occidit Laium fatalis filius (Oedipus) occurrens, quod in Pythone prædictum erat antiquitùs, perfecit. Erinnys verò, torum videns,

dens, occidit ei mutua cæde Martiam sobolem (Eteoclem & Polynicem filios) ex qua Thersander relictus est cadenti Polynici &c.

De SECVTVRIS POST MORTEM INIVSTORVM POENIS, & iustorum lætitia perpetua insignis concio est: Θανόντων μὲν ἐνθάδε αὐτίκ' ἀπαλαμνοι φρένες ποίνας ἐτίσαν. τὰ δ' ἐν τᾶδε διὸς ἀρχᾶ ἀλιτρὰ, κατὰ γᾶς δικάζει τὶς, ἐχθρᾷ λόγον φρᾶσας ἀνάγκα. ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ, ἴσα δ' ἐν ἁμέραις, ἅλιον ἔχοντες ἀπονέστερον, ἐσθλοὶ νέμονται βιοτον. *Sed integrum locum, latine conuersum, adscribam. Victoria in agone liberat à curis. & Diuitiæ ornatæ virtutibus, afferunt oportuna bona, in varijs negotijs, quæ profundas & magnas sollicitudines pariunt. Hæ sunt stella & lumen homini verum. Quas (diuitias cum virtute) si quis poßidet, nouit hoc futurum discrimen, quod post mortem iniustæ mentes daturæ sint pœnas. Quæ enim deliquit aliquis in hoc mundo (in hoc Iouis imperio) sub terra punit aliquis cogens reddere rationem factorum. Iusti verò continuum solem habentes die & nocte vita fruuntur sine ærumnis, nec terra nec mari laborantes propter paupertatem, Sed apud Deos lætam sine lachrymis & miserijs vitam agunt, qui jusjurandum seruauerunt. Alij sustinent laborem tristem aspectu. Quicunq; verò ter in alijs corporibus*

degentes (iuxta Pythagoreos) animas suas puras ab iniustis operibus seruarunt, abierunt per viam à Ioue ordinatam, ad Saturni vrbem, vbi beatorum insulam aurae Oceani perflant, & flores vt aurum fulgent &c.

Sæpè etiam citatur sententia. Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ. μαθόντες δὲ λαθροί παγγλωσσίᾳ κέρακες ὡς, ἄκραντα γαρύετον διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον, Sapiens est qui naturâ valet acumine (multa scit) Sed qui (imitatione) discunt, (tantùm imitantur aliena) sicut petulantes corui, incondita garriunt (loquacitate) certantes cum Aquila.

ODA III.

NArrat ab HERCVLE institutum esse certamen Olympicum, & postea Gubernationem eius commissam esse Castori & Polluci. De Origine certaminis Olympici, & IOVIS Olympij luco & templo, & Anathematis seu Donarijs Templi, & Aris, prolixè Pausanias ἠλιακῶν α & β. à pag. 120. vsq; ad 160 Aldinæ editionis Græcæ, commemorat. cuius lectio eximiam lucem Odis Pindaricis adferet. sed à vera ac historica origine, discernantur fabulæ, de Istri fontibus apud Hyperboreos, & Oleastro isthinc ab Hercule allato, quæ in hanc Odam irrepserunt. de quibus Strabo etiam lib. 8. admonet, antiquas historias minime inter se consonare.

Tyn-

Tyndaridis & Helenæ)
Oebalus, *ex Gorgophone Perſei filia.*
|
TYNDAREVS rex Spartæ.
ex coniuge Leda.

CASTOR. POLLVX. HELENA. Clytemneſtra.
vide infra Nem. 10.

Mandato Euryſthei) regis Argiuorum, qui ſobrino proprior Herculi fuit.

PERSEVS rex Mycenarum. Pelops.

Alcæus. Tirynthe habitauit. | Electryon, *Mideæ.* | Gorgophone. | Sthenelus, *Mycenis.* | Aſtydamia. | *ATREVS rex Argiuorum.*

Amphitryo. | Alcmene. | Tyndareus. | *EVRYSTHEVS, rex Argiuorum, cui interfecto, auunculus Atreus ſucceſſit.*

HERCVLES. Caſtor & Pollux.

Prima Odæ periodus, ad verbum ſic fortè magis perſpicuè vertetur: Tyndaridis (Caſtori & Polluci) amantibus hoſpites, & pulchræ Helenæ placere cupio, clarum Agrigentum celebrans, & Theroni glorioſum hymnum inſtituens, florem equorum (Theronis) indefeſſorum.

Inchoanda eſt enim conſtructio, à verbo vltimo tertij verſus εὔχομαι, & cum poſtremo primi

versus verbo ἀδεῖν, coniungendum εὐχομαι ἀδεῖν, Opto, cupio placere Tyndaridis & Helenæ.

Quibus vir Ætolm, Iudex (certaminis) Græcorum, perficiens mandata Herculis, coronam imponit ex Oleastro) Cùm enim Heraclidæ in Peloponnesum redirent, ducem viæ OXYLVM Ætolum habuerunt, quem Eliacæ principem constituerunt, à quo Elei, deinceps Ætoli dicti sunt, tametsi Eleos prima origine ex Calydone & reliqua Ætolia, in Peloponnesum venisse, Pausanias pag 115. narrat. Meminit huius Oxyli, Pausanias aliquoties, & Aristoteles in Politicis, eum legem Elæis tulisse ait, ne agri pro fœnore oppignorarentur.

Locus Pelopis in valle Chronij) non pulchras arbores germinabat locus in vallibus Pelopis Cronij seu Saturnij. nam Tantalum ex Pluta filia Saturni natum esse aiunt, vel simpliciter à monte Cromo, Pisæ vicino.

In laudatione Theronis, in fine, Nonima insigne est. Vt aqua antellit cæteris elementis, & inter opes Aurum res est carissima: ita Theron ad summum decus virtutis veniens, attingit ex sua domo columnas Herculis. Vltra verò progredi nec sapientes nec insipientes possunt, sed in meta quam Theron assecutus est, consistere velim.

ODA IV.

GRatulatur Psaumidi Camarineo: ac intexit Clyme-

Clymeni regis Orchomenij mentionem, cuius filius Erginus, ante tempus canescens, in certamine funebri, quod Hypsipyle, filia Thoantis, regis Lemniorum proposuerat, à mulieribus Lemnijs derisus est, quòd canus, iuuenum certamini se immiscuerat. Sed cùm Boreæ filios, Zeten & Calain, virtute & celeritate cursus superasset: coronam petentem, Hypsipyle & qui ante eum deriserant, admirati sunt. Μαρτύρα δὲ βροτῶν ἔλεγχος. Experientia conuincit homines. Das werck lobt den Meister.

Genealogia Orchomeniorum Regum.

Æolus.

Athamas ex priore coniuge Nephele.

PHRIXVS, gener Æetæ Colchi. — HELLE, à qua Hellespontus.

Presbon.

CLYMENVS rex Orchomeni.

Azeus. — ERGINus, in Lemno certauit.

Actor.

Astyoche ex ♂. — TROPHONIVS.

Ascalaphus. — Ialmenus.

Duces Orchomeniorum ad Troiam ιλ. β.

Ξείνων δ' εὖ πρασσόντων, ἔσαναν αὐτίκ' ἀγγελίαν ποτὶ γλυκεῖαν ἐσθλοὶ, *Boni lætantur ad dulcem famam prosperitatis amicorum.*

Καὶ πρὸς ἡσυχίαν φιλόπολιν καθαρᾷ γνώμᾳ τετραμμένον, *Ad tranquillitatem patriæ candida mente consilia dirigit.*

V.

Eundem Psaumidem Camarinæ principem laudat, quam, Oanus & Hipparis, fluuioli alluunt.

αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνατε μάρναται πρὸς ἔργον κινδύνῳ κεραλυμμένον. *Semper ad virtutem labore & sumptu opus est: seu Labor & sumptus pugnant cum opere quod periculo tectum est. Qui verò successu non destituuntur, sapientes à ciuibus prædicantur.*

In fine præceptum insigne est de MODEstia: Si quis seruat sanitatem, contentus suo, & habet bonam famam, ne quærat esse DEVS.

VI.

Celebrat Hegesiam Syracusanum, cuius maiores, ex Arcadia, & familia Iamidarum vatum, propagatos adfirmat. Ideo originem familiæ à Dijs ortæ contexit.

Eurotas.

Neptunus. —— Pitana.

Apollo. —— *EVADNE, educata ab Æpyto, Arcadum principe.*

IA-

IAMVS vates, à quo Iamidarum posteritas sapientia & diuitijs potens propagata est.

Amythaon *rex Iolci.*

- Melampus, *in Pylo vates.*
  - Antiphates.
    - Oicles.
      - AMPHIARAVS *vates & bellator bonus.*
        - Amphilochus.
        - Alcmæon *interficit matrem.*
      - Eriphyle *vxor Amphiarai.*
- Bias.
  - TALAus, *à quo* Ταλαονίδης *filius in hac Oda nominatur.*
    - ADRASTVS
      - Ægialeus *Thebas cepit.*
      - Deiphile *Tydeo nupta.*
        - Diomedes.

Merope — ASOPVS.
Arcadica.
Thebe.

Sententiæ illustres.

Ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χὴ δέμειν τηλαυγές, *Oportet in exordijs operum splendidam faciem collocare, seu, Operum initia debent esse splendida.*

Laudatio Amphiarai. ποθέω στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον, μάντιν τ' ἀγαθὸν, καὶ δουρὶ μάρναισθαι. Desidero te, oculum mei exercitus. Qui vtrunq; eras, vates bonus, & bellator fortis.

Τιμῶντες δ' ἀρετὰς ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. τεκμαίρει χρῆμ' ἕκαστον. μῶμος δ' ἐξ ἄλλων κρέμαται φθονεόντων. τοῖς, οἷς ποτε πρῶτον ἐπὶ δωδέκατον δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν, αἰδοία ποτιστάζει χάρις εὐκλέα μόρφαν. Colentes virtutem fiunt clari. Suaq; facta singulos ostendunt. Momus verò ax alijs maleuolis pendens, petit Olympicos victores, quibus veneranda gratia decus aspergit.

Prouerbium, SVS BOEOTIA, olim probri loco Thebanis obiectum, cantorem suum secum effugisse dicit, qui Nuncius Dexter & Epistola Musarum sit, & crater cantionum.

ODA VII.

Diagoræ Rhodij victoriam celebrans, i nitia & fundatorem vrbis RHODI, Tlepolemum filium Herculis, describit, qui cùm interfecisset Licymnium, Alcmenes fratrem, iussus est ire in exilium. Hæc enim pœna erat cædis non voluntariæ. Postea in bello ad Troiam interfectus est à Sarpedone.

ABAS

ABAS *rex Argiuorum.*

Acrisius. Prœtus *rex Argiuorum.*

DANAE——IVPITER.

PERSEVS.

Alcæus *Tirynthe.* Electryon *Midiæ.*

ex Lysidice Pelopis. *ex concubina* Midia.

Amphitryo | ALCMENE *mater Herculis.* Licymnius, *dux Midiæ Argolicæ.*

Iphiclus *frater Herculis* | HERCVLES, *ex Astydamia Amyntorii, vt Pindarus: vel Astyoche, vt Homerus nominat,* | Oeonus *primus in Olympicis stadio vicit. Oda 10.*

IOLAVS. *Actoris filia.*

TLEPOLEMVS, *cùm auunculum magnum Licymnium senem casu necasset, oraculo Apollinis iussus est ex Lernæo seu Argolico littore, Rhodum secedere. Vbi post mortem diuini honores ei habiti sunt.*

Ochimus. SOL——Rhodus, *Nympha, filia Veneris.*

Cydippe. | Cercaphus. Actis. Macareus. Tenages. Triopes. Phaëton. Ochimus.

Camirus, Ialysus, Lindus.
qui insulam Rhodum inter se diuiserunt.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1702173135/phys_0031

Ὅ δ' ὄλβιος, ὃν φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί, Beatus quem bona fama amplectitur.

Ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων φρεσὶν ἀμπλακίαι ἀναρίθμητοι κρέμανται. τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν, ὅτι νῦν καὶ ἐντελευτᾷ, φερτατον ἀνδρὶ τυχεῖν. In hominum mentibus errores innumerabiles pendent, & difficile est videre, quid simul in præsens & in futurum prosit.

Αἱ δ' φρενῶν ταραχαὶ παρέπλαξαν καὶ σοφὸν, Animi perturbationes etiam sapientem errare faciunt, vel simpliciter, Ira etiam sapientes turbat, vt peccent.

Ἐν δ' ἀρετὰν ἔβαλεν, καὶ χάρματ' ἀνθρώποισι, προμαθέως αἰδως, ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ λάθας ἀτέκμαρτον νέφος. καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρθὰν ὁδόν γ' ἔξω φρενῶν. Virtutem quidem & læticiam adfert hominibus præscire futura (Prometheus) Sed tamen accedit obliuionis obscura nebula, mentemq; extra rectam viam negotiorum ex mentibus abstrahit seu aufert.

Et paulò post. Rhodijs Pallas concessit, vt artibus vincerent omnes homines, & in vicis Rhodi erant machinæ sponte se mouentes vt animalia. eratq; magna gloria. Certior est autem sapientia, cùm ad naturæ acumen accesserit doctrina, δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει. Erudito (ei qui didi-

didicit) maior & incorruptior sapientia est.

Callianactem & Eratidas fuisse maiores Diagoræ apparet.

VIII.

Tres victores ÆGINETas, & insulam Æginam, ac ÆACVM celebrat, cuius memoriam honorificam, & GENEAlogiam, sæpè in Pindaro expositam (præcipuè enim Æacidarum mentione delectatus est) hoc loco adscribam, ne postea sæpius eam repetere opus sit. Nam in Nemeis Odæ 3. 4. 5. 6. 7. 8. continuis Æacidarum laudibus stipatæ sunt.

AIAKIΔAI

πολέμῳ κεχαρηότες, ἤεγε δαιτὶ u: Æacidæ bellum plus, quàm conuiuia, crant.

Iupiter ex Ægina. — Scyron.

ÆACVS — Endeis.

Rex Æginæ iustiss.

| Thetis. | PELEVS, interfecto Phoco in Thessaliam migrauit. ♄ | Telamon vicit Laomedontem & Amazones. ♃ | Phocus à fratre Peleo interfectus. & ACHIL-

♄

ACHILLES, Dux fortiß. à Paride, in templo Palladis, ex insidijs cæsus.

Pyrrhus, *ab Oreste, ob vi raptam Hermionem, in templo Delphico necatus.*

Pielus, *à quo decimus quintus fuit* Tharymbas *Epiri rex.*

Molossus.

Alcetas.

Neoptolemus.

OLYMPIAS, nupta Philippo Macedoniæ regi.

ALEXANDER MAGNVS.

Olym-

♃

AIAX, bellator fortis sed superbus & iactabundus: cum Vlysse de armis Achillis contendit. Victus sibijpsi mortem consciscit. Sophocles in Aiace Flagellifero. Ouid. lib. 3. Me-

Teucer, *Salaminem in Cypro condidit. à quo orti, EVagoras & Nicocles, ab Isocrate celebrati.*

Arymbas.

Æacides.

Alcetas.

PYRRHVS, qui cum Romanis, anno 42. post mortem Alexandri Magni, bellum gessit.

♂

Panopeus.

Epeus *Equi Troiani fabricator.*

Crisus.

Strophius.

PYLADES, Orestis amicus.

OLYM-

Olympiam Dominam veritatis nominat, quia est vaticinij Iamidarum sedes, de quo Oda 6.

Ἄλλα δ' ἄλλον ἔβα ἀγαθῶν. πολλαὶ δὲ ὁδοὶ σὺν θεοῖς εὐπραγίας. Alia alijs bona contingunt, & multæ viæ sunt ad felicitatem Deo iuuante.

Ὅτι γὰρ πολὺ καὶ πολλὰ ῥέπει, ὀρθὰ διακρίνειν μὲν φρενὶ παρὰ καιρὸν δυσπαλὲς. Vbi multa confluunt, omnia rectè discernere non iniustè (iudicare) difficile est. congruit cum Xenoph. Nemo potest multa simul facere, & eadem omnia rectè facere.

Τερπνόν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσετ' οὐδὲν. Non placent eadem omnibus, seu Idem non delectat omnes. Trahit sua quenq; voluptas.

Τὸ διδάξασθαι δὲ τῷ εἰδότι ῥαΐτερον. ἄγνωμον δὲ τὸ μὴ προμαθεῖν. κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες. κεῖνα δ' ἐκεῖνος ἂν εἴποι, ἔργα περαίτερον ἄλλων. Docere, ei qui didicit, facilius est. Stultum verò est non ante discere, nam imperitorum mentes (consilia) leuiores (temerariæ) sunt. Peritus verò illa dicet melius (præstantius) alijs, quomodo ad victoriam perueniendum sit.

Alcimedon τύχα μὲν δαίμονος, ἀνορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν. Deo iuuante & non destitutus fortitudine, vicit inter triginta.

Αἶδα τοι λάθεται ἄρμενα πράξας ἀ-

νὴρ,

νὴς, *Mortem obliuiscitur, cui accidunt grata.*

Ἐστι δὲ καὶ ἢ θανόντεσσιν μέρος καὶ νόμου ἐρδόμενον. καταχρύπλει δ' ὁ κόνις συγγόνων κεδνὰν χάριν. *Ad mortuos etiam pertinet, si quid rectè fit (quod geritur secundum legem) nam & mortuis reddendum est suum decus, nec puluis obruit cognatorum gloriam.*

In fine precatur, ne post tantam Alcimedontis gloriam, Iupiter immittat Nemesin δικόεκλον *inimicam, aduersantem rectis consilijs, sed sine calamitate gubernet vitam, quæ ipsis & eorum ciuitati felicitatem augeat. Est autem* Νέμεσις, *Indignatio Diuina puniens superbos, efferentes se in rebus secundis.*

IX.

ORiginem OPVNTIS, *Locrorum Epicnemiorum metropolis, ab Opunte, Iouis & Protogeniæ filio, deducit. Est autem Parnassus mons (vnde Deucalion, Protogeniæ pater, & Pyrrha, descendentes, genus humanum iactu lapidum instaurarunt) medius inter Locros Ozolas ad sinum Crissæum, & Locros Epicnemios ad mare Eubœæ.*

IAPETVS, *seu Iaphet, filius* NOHÆ, *hoc loco à Pindaro nominatur.*

Prometheus. Epimetheus. Atlas.

Deucalion.——— Pyrrha.

PROTOGENIA, *filia Deucalionis, vt Pausanias* ἡ λιακ. *a testatur. Sed Pindarus eam, ex Opunte Elidis (quæ Epea olim, à rege Epeo, Endymionis filio, dicebatur) à Ioue raptam, & Locro regi Locrensium Epicnemiorum orbo traditam esse, narrat. ex qua* OPVS, *conditor ac* ἐπώνυμος *Opuntis in Locride orientali, ad mare Eubœæ & sinum Maliacum pertinente, natus sit. Eadem vrbs,* PATROCLI *etiam, Achillis amici, patria fuit.*

Actor —— Ægina —— Iupiter.

Herculis comes aduersus Amazones. | Æacus.

PATROCLVS *facta cæde puer Patroclus Opunta relinquens in Thessaliam, ad Peleum patruelem migrauit. Vbi cum Achille educatus, & arctissimo amicitiæ fœdere iunctus, in expeditione Troiana, Telephum in campo Teuthrantis seu Mysia fortiter sustinet, postea indutus armis Achillis, interfecit Sarpedonem Lyciæ regem, & vicissim necatus ab Hectore occubuit* Ιλιαδ. π. ρ. *Pompa funeris Patrocli* Ιλ. ψ.

Sententiæ insignes.

Τό γε λοιδορῆσαι θεὸς, ἐχθρὰ Σοφία, *Conuiciari Dijs est odiosa sapientia: & importuna gloriatio insaniæ consonat.*

Ἔα πόλεμον, μάχαν τε πᾶσαν, χωρὶς

ἀθανάτων, Omitte bellum & pugnam. sine Dijs.

Opuntem vrbem, Themis, & eius filia Eunomia, vrbium seruatrix, regit.

Ἀγαθοὶ δὲ καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμονα ἄνδρες ἐγένοντο. Et boni & sapientes ex Deo sunt. Paulò ante inquit Poeta. Ego caram ciuitatem, claris illustrans carminibus, hanc famam diuulgabo vndiq; citius, quàm si equo aut alata naue feratur, si modò diuino auxilio fruar Gratiarum horto. Nam Gratiæ faciunt vt opera Grata sint.

Αἴνει παλαιὸν οἶνον, ἄνθεα δὲ ὕμνων νεοτέρων, Lauda vetus vinum, & noua carmina (flores nouorum hymnorum.)

Τὸ δὲ φυᾷ, κράτιστον ἅπαν. πολλοὶ δὲ διδακταῖς ἀνθρώπων ἀρεταῖς, κλέος ὤρουσαν ἑλέσθαι. ἀνευ δὲ θεοῦ, σεσιγαμένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆμ' ἕκαστον. Quod naturâ bonum est, antecellit (valere natura præcipuum est) Multi quidem doctrina accersitis virtutibus conati sunt gloriam assequi. Quod autem fit sine Dei dono, non stultum est taceri.

Μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει μελέτα. σοφίαι μὲν αἰπειναὶ. Sunt viæ aliæ alijs excellentiores, nec vnam artem omnes exercent. (vna ars non omnes potest alere) Summum quidem decus est sapientiæ, sed ardua ad virtutem via est.

Certa-

X.

Certamen Olympicum ab Hercule institutum, & victorum, qui primi in singulis certaminum generibus coronas acceperunt, nomina celebrat, in honorem Agesidami principis Locrorum Epizephyriôn, in extrema Italiæ ora, quorum legislator fuit Zaleucus, cuius προοίμιον legum, recitat Stobæus.

Lucem verò huic Odæ, Herculis victoriam aduersus Augeam narranti, cuius occasione Agon Olympicus ab eo fundatus est, singularem affert prima pagina ἠλιακῶν Pausaniæ. ex qua, Augeæ regis, cuius stabulum Hercules purgauit, eumq; pactam mercedem negantem interfecit, Genealogiam adscribam. Deucalion.

Protogenia——Iupiter.

Æthlius, *vetustiss. rex Elidis.*

ENDYMION.

EPEVS, *à quo Epei, qui post Elæi.*

Hyrmina, *cui Oenomaus Pisæam ademit, quem Pelops oppressit.*

ÆTOLVS *fugit ad Acheloi fl. accolas, qui ab ipso Ætoli dicti. Ab hoc nonus* OXYLVS *Eliacis leges dedit.*

Pæon, *à quo Pæones in Macedonia.*

Eurycyde *filia.*

ELEVS.

AVGEAS *armento diues, cuius stabulum Hercules purgauit, & à Molionidis adiutus, Herculem mercede fraudatum profligauit.*

Neptunus——Molione.

Creatus. Eurytus.

quos ad certamen Isthmiorum proficiscentes ex insidijs ad Cleonas Hercules interfecit. postea horum præsidio nudatum Augeam captum interfecit, & in Pisea lucum & Templum Ioui Olympio consecrauit, & Agonem sacrum inchoauit.

Θήξας δὲ καὶ φῶτ' ἀρετᾶ, ποτὲ πελωριον ὥρμασε κλέος ἀνὴρ, θεοῦ σὺν παλάμᾳ. *Acuit virtute vir virum, ad magnam gloriam, cum Dei manu (Dei auxilio.) Pauci verò sine labore adepti sunt gloriam, quæ vitæ lumen est.*

Ὅταν καλὰ ἔρξας, ἀοιδᾶς ἄτερ, ἀγησίδαμ', εἰς ἀΐδα σταθμὸν ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσας, ἐπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν. *Qui egregia facta facit, nec tamen celebratus est carmine, moritur inania spirans breui tempore post laborem lætatus. Vixere fortes ante Agamemnona multi, sed omnes illacrymabiles vrgentur, ignotiq; longa nocte: carent quia vate sacro. Paulùm sepultæ distat inertiæ celata virtus.*

Ἔκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος, ἀμὸν κατῄσχυνε βαθὺ χρέος. ὅμως δὲ λῦσαι δυνατὸς ὀξεῖαν ἐπιμομφὰν ὁ τόκος ἀνδρῶν. *Longum tempus dedecorat meum debitum, sed tamen reprehensionem vsura soluere potest. à qua nescio an sequentis Odæ Titulus extiterit.*

ἐκ

XI.

Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐν ἀεὶ πρα-
πίδεσσι, Dei beneficium est florere sapientia. &
paulò ante. εἰ δὲ σὺν πόνῳ τὶς εὖ πράσσοι με-
λιγάρυες ὕμνοι, ὑστέρων ἀχαὶ λόγων τέλλεται,
Si quis cum labore perfecit aliquid feliciter, dul-
ces hymni fiunt ei initia posteriorum sermonum, &
firmum fœdus est magnis virtutibus cum laudatore.

XII.

Σύμβολον δ' οὔπω τις ἐπιχθονίων πιστὸν
ἀμφὶ πράξιος ἑσσομένας εὗρεν θεόθεν. πολ-
λὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν.
Spes hominum, aliæ sursum, aliæ deorsum voluun-
tur (inanes persuasiones) vana mendacia secantes.
Signum verò certum de futuris rebus, nemo mortalium à Deo accepit. & cogitationes de futuris euentibus cæcæ sunt, Multaq; hominibus præter cogitationem eueniunt.

Θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις. Sicut tepida aqua mulcet defessa membra, sic animos excelsos, Gloria.

XIII.

Xenophontis victoris patriam CORINTHVM laudat, florentem Legibus, Iudicijs, pace, victorijs sacris, inuentione artium, studijs literarum seu Musica, artibus Bellicis, & principibus virtute præstantibus. ac primum caput laudationis, insigni

Prosopopœia ornat, quod Εὐνομία, *Lex (Legalitas) in ea Habitet, & sorores eius,* IVSTITIA, βάθρον πολίων, *fundamentum vrbium, &* PAX, *custodes diuitiarum, aureæ filiæ* THEMidis (IVRis) *quæ volunt arcere iniuriam,* ὕβριν, *superbiam, Saturitatis filiam.*

Inter Principes verò nominat ALETEN, *vnum ex Ducibus Heraclidarum in Peloponnesum, cui Corinthi principatus contigit. Ideo filios seu posteros Aletæ Corinthios hoc loco nominat.*

HERCules. Antiochus. Phylas. Hippotes. *ALETES, Corinthi princeps.*

Deinde Sisyphum, πυκνότατον παλάμῃς ὡς θεὸν, *præstantissimum consilio tanquã Deum, (cuius Merope Atlantis filia coniunx fuit) & posteros illius, Glaucum &* BELLEROPHONTEM, *qui aureo freno à Pallade accepto Pegasum domuit, & res magnas in Lycia gessit, cuius Genealogiam ac exitum Homerus Iliad. ζ. recitat.*

Hellen.
ÆOLVS.
SISYPHVS.
Glaucus.
BELLEROphontes, à Præto Argiuorum rege in Lyciam missus. lib. 6. Iliados.

ISander. Hippolochus. Laodamia *ex* ♐.
♄ ☉

♄ ☉

GLAVCVS, ad Troiam Diomedi narrat, se ab Hippolocho patre, Troiam, cum his mandatis missum, αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, μήδε γένος πατέρων αἰσχύνεμεν, οἱ μέγ' ἄριστοι ἔντ' ἐφύρῃ ἐγένοντο, καὶ ἐν λυκίῃ εὐρείῃ. Semper ego vt cupiam præcellere, & esse supremus. Neque dedecorem patrum genus, qui præstantißimi principes in Corintho & Lycia fuere.

Sarpedon, Lyciæ rex, à Patroclo interfectus. ιλ. π. μ.

CHIMÆRAM flammiuomam & Solymos occidit) ιλιαδ. ζ. CHimæra pingitur πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χιμαίρα, bellua referens Leonem prima parte corporis, postrema Draconem, media confusam speciem ex multis. Tales sunt omnes Seditiones, initio terribiles (vt sæpè præceptorem meum dicere memini) & quæritur speciosus ac honestus prætextus priuatæ cupiditatis, Euangelion, Gloria DEI, Salus ecclesiæ, salus Reipublicæ, das gemeine beste. Honesta Oratio erat Marij, consulendum esse egentibus ciuibus, quorum sanguine Italia contra Cimbros defensa esset, & ad Padum diuidendos esse agros: sed sibi dominationem quærebat. Exitus igitur postea Draconi similis fuit, cùm interfectis præstantißimis ciuibus, tandem & ipse Italia pulsus est.

Medio tempore caligo erat: multi dubitabant, vtra causa iusta esset. Vicit autem Bellerophontes donatus Pegaso & aureo freno à Pallade, id est, dato exercitu & fortitudine, quam Deus consilio rexit, Ac idem Bellerophontes postea in rebus secundis factus insolens, cùm Pegaso intra cœlum ad Iouem vehi conaretur, excussus est, & afflictus humi postea mœrore perijt. Hunc eius exitum se tacere Pindarus hoc loco ait: Homerus autem recitat, quod insidens Pegaso & in cœlum volare cupiens, excussus ab equo, in campos Aleos deciderit, & miser in campis mœrens errarit Aleis, Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. Qualis ferè exitus nostri Imperatoris Caroli V. fuit, qui suo Pegaso, exercitu & consilio & felicitate Heroica euectus, cùm victor fœderis Smalcaldici, mutationem religionis tentaret, mutata priore fortuna, & animi ac corporis viribus destitutus, depositio Imperio se in monasterium abdidit. Sic plurimi homines, in rebus secundis audacieres facti, magis indulgent suis animis, & non necessaria ac iniusta suscipientes, tandem tristes mœrores attrahunt.

MEDEÆ autem mentionem fieri in hoc catalogo aiunt, quia patris illius origo prima ex Corintho fuerit. de quo Eumeli poëtæ versus, in commentario Pindari Græco, & à Pausania in Corinthiacis recitantur.

SOL

SOL——Antiope.

ALOEVS, cui pater Arcadiam attribuit.

ÆETES, Corinthum à patre obtinuit, qua non contentus, in Colchidem profectus est. Huius filia

MEDEA Iasoni nupta, quæ Argonautas suo consilio seruauit, & cum Iasone in patriam rediit.

Ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος, Difficile, (impossibile) est ingenitos mores occultare.

Ἐν δὲ μοῖσ' ἀδύπνοος, ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ, In ea vrbe, & Musa dulcis, & Mars floret. literis & armis, seu arte & Marte pollet.

Ἔστιν δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον. νοῆσαι δὲ κεφαλὸς ἄριστος. In qualibet re modus est, Quem intelligere optimum est.

Πληροῖ δὲ θεῶν δυνάμις, καὶ πὰν παρ' ὄρκον καὶ παρὲξ ἐλπίδα κοῦφαν κτίσιν. Diuina potentia reddit negotium facile, quod fidem & spem superat, (implet seu efficit Dei potentia, leuem fabricationem (effectionem) operis, quod præter iuramentum est (de quo iurare nemo auderet) & præter spem.

XIIII.

Orcho-

Orchomenio victori gratulans, CHARITAS, quæ Diuæ tutelares, vrbis Orchomeni, antiquæ Minyarum sedis, in Bœotia ad Cephisum fl. fuerunt, celebrat, per quas omnia Grata & Suauia hominibus fieri ait: τὶ γὰρ χαρίτων ἀγαπητὸν Ἀνθρώποις ἀπάνευθεν? ἀεὶ χαριτέσσιν ἅμ' εἴην, *vt Theocritus, facta mentione Orchomeni Minyei, cuius rex Eteocles, Cephisi filius, Gratias religiosè coluerit, dulcissimum Idyllion, quod Charitas inscripsit, hoc ipso versu concludit.*

Iupiter———Eurynome.

Ἀγλαΐα	Εὐφροσύνη	Θάλεια
Splendor, Pulchritudo.	*Lætitia, Hilaritas.*	*à germinando. Gratitudo*

Has apud Apollinem Musarum præsidem sedes habere dicit, quòd perpetuum Musarum & Charitum fœdus, & dulcissima copulatio sit, de qua Euripides, σὺ παύσομαι ταῖς μούσαις χαρίτας συγκαταμιγνὺς, ἡδίστην συζυγίαν. *& Menander,* ὡς ἡδὺ χρηστότης συνέσει κεκραμμένη.

FINIS Olympicarum.

PY-

PYTHIA

ab APOLLINE, *Iouis & Latonæ filio, qui Tityum Panopei tyrannum, & Pythonem Draconem seu Tyrannum fœdum Delphis interfecit; primùm inchoata sunt.*

De vrbe autem DELPHOrum, *& Oraculo ac Templo Delphico, & Anathematis templi, Pausanias in Phocicis & Strabo lib. 9.*

ODA I.

HIERONI *Ætnæo, ab vrbis Caranæ, monti Ætnæ vicinæ, instauratione dicto, dedicata. Qui post Gelonis fratris mortem Syracusis regnauit, Olymp. 85.*

Dinomenes.

GELON rex Syracusarum tempore Belli Xerxis. Herod. lib. 7. p. 225.	HIERON Ætnæ, sed post fratris mortem, Syracusis regnauit.	Thrasybulus.	Polybulus

DINOMenes, *cuius in hac Oda Pindarus meminit.*

Argumentum primæ Odæ.

Laudat Hieronem hoc ordine. Initio prædicat Musicam, quod sit placatrix DEI *& principum* DEO *placentium virtutes celebret.*

Deinde

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1702173135/phys_0047

Deinde, describit ÆTNAM montem, prope quem Hieron habitauit. Tertiò, Hieronem Philoctetæ similem esse ait, qui ægrotus bello interfuit. Quartò, Fundationem ciuitatis Catanæ, seu Ætnæ, ad formam Reipublicæ Spartanæ, ab Hierone ad Amenam fl. constitutæ celebrat. Quintò, pugnas Hieronis cum Carthaginensibus Phœnicum colonis, & Tyrrhenis, ad Cumas & Himeram, cum bellis Græcorum aduersus Persas confert. Sextò, Adsit, Principes virtute præstantes hoc consequi carminibus, vt perpetuò laudentur & amentur, At malos perpetuò vituperari & in odio esse.

Pæan.

PHILOCTETES, comes Herculis, pharetram & sagittas, Hydræ felle intinctas, ab Hercule moriente muneris loco accepit.

Ἐκ θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶσαι βροτείαις ἀρεταῖς, καὶ σοφοὶ, καὶ χερσὶ βιαταὶ, περίγλωσσοί τ' ἔφυν. Ex Deo sunt omnes effectiones humanarum virtutum, & sapientes, & fortes, & eloquentes. seu, Nemo est sapientia manibus & lingua excellens, nisi Diuinitùs iuuetur.

Ὅσσα δὲ μὴ πφίλησε Ζεὺς, ἀτύζονται βοὰν πιερίδων. Quæ non amat Iupiter, auersantur vocem Pieridum. Carmina verò & Deorum mentes mulcent, cum Apollinis & Musarum sapientia.

In fine

In fine, grauissima adhortatio est ad virtutis & Gloriæ studium, quam totam memoriæ mandari, & principibus assiduè propositam esse, prodesset. Eminent autem Noemata. Guberna iusto clauo exercitum, & Linguam fac æneam in incude non mentiente (fac firmissimam linguam. sis seruans pactorum) Si quid enim mali à te profectum fuerit, magni penditur, quia multa administras (multorum es princeps) & oculi multorum in te respiciunt. Si in flore turgescente manens, benè audire cupis, ne desinas esse liberalis. Vt autem gubernator pandit velum (sic tua tu pande beneficia) nec corrumpas leuibus lucris gloriam venturam quæ mortuorum vitam indicet Oratoribus & Poëtis. Μὴ δολωθῇς κέρδεσιν εὐτραπέλοις ὀπισσόμενον αὔχημα δόξας, οἷον ἀοιχομένων ἀνδρῶν διαιταν μανύει καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς. *ne corrumpas leuibus, scurrilibus lucris Gloriam post mortem secuturam. Nam fama post mortem indicat mortuorum viuendi rationem (mores) per Oratores & poëtas.*

Et paulò ante de Liuore. Ciuium aures clam offenduntur alienæ laudis prædicatione (ciues non libenter audiunt alienas laudes) κρέσσον δὲ οἰκτιρμῶν φθόνος. *Sed tamen melior est miseratione inuidia. Et in fine,* τὸ παθεῖν εὖ, *Benè habere (fortunatum esse) nihil mali pati, primum*

præ-

præmium est. Secundum, Benè audire (Bona fama.) Cui autem vtrunq́; contingit, is summam coronam accepit.

ODA II.

Vt Cinyram Cypri regem, Apollinis & nymphæ filium, Cyprij laudant: ita se, mutua gratia pro caris beneficijs debita, ad Hieronem celebrandum duci, ait. Dei enim mandato, IXIONEM *in rota mortalibus concionari,* τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς ἐποιχομένους τίνεσθαι. *Benefactori grata vice compensationem faciendam esse. (Benefactori bonam compensationem accedentes soluite.) Ea occasione* IXIOnis *mentionem hoc loco intexit, quem Virgilius paucis verbis mutatis, grauissimam sententiam, quæ vniuersæ mundi historiæ argumentum est, assiduo clamore in rota repetere dicit:* Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos, *vt exemplo suæ pœnæ admoniti homines, sciant esse* PROuidentiam, *vindicem scelerum, nec laxent frenos iniustis aut impijs cupiditatibus, vt contra primam vel secundam Decalogi tabulam petulanter delinquant.*

Phlegyas, *rex Lapitharum in Thessalia.* — Deioneus

Coronis *mater Æsculapij. Od. 3. Pyth.* — IXION *primus socerum fraude interfecit. deinde à Ioue expiatus, & in aulam* — Dia.

lam receptus, Iunonem tentauit, ac nube obiecta Centaurum genuit. Inde detrusus ad inferos implicitus rotæ Voluitur Ixion & se sequiturq; fugitq;.

Χρὴ δὲ πρὸς θεοὺς οὐκ ἐρίζειν, Aduersus DEVM non oportet contendere, qui aliàs extollit alios, aliàs verò alijs dat gloriam.

Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσι τέκμαρ ἀνύετ), Deus quidquid decreuit, efficit. Deus qui & alatam aquilam præhendit, & præcurrit Delphino, & superbos homines domat (deijcit) alijs autem dat gloriam.

Ἐμὲ δὲ χρεὼν φεύγειν δάκος κακαγορίαν. Me decet fugere venenatam bestiolam (malum morsum) CONVICIVM. Scio enim Archilochum, saginatum maledicis odijs, postea in magnam miseriam venisse (pulsum ex patria Paro, & tandem interfectum à Calonda) Ditescere autem cum felici sapientia optimum est.

Γένοιο δὲ, οἷος ἐσσὶ μαθὼν, καλὸς τοι πίθων παρὰ παισὶν ἀεὶ, Semper talis esto, vt scias qualis sis, (semper scias te obnoxium esse fortunæ, seu maneas talis qualem te esse à me audis, sortis, prudens, iustus, verax, & pendeas ex tuo, non adulatorum iudicio, qui simiam laudant.) Sit verò Simia apud pueros pulchra.

Sequuntur autem aliquot sententiæ, de Adulatorum & susurronum calumnijs & mendacijs, & candore ac fidelitate in amicicia. Tandem

verò

verò insigne præceptum addit de Patientia, boni consulente præsentem vitæ conditionem, & ærumnas suo cuiq; loco impositas, Φέρειν δ' ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγὸν, ἀρήγει. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος. ἀδόντα δ' εἴη με τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν. Prodest leuiter ferre iugum collo impositum. nam aduersus stimulum calcitrare, lubrica via est. Mihi verò hoc contingat, vt inter bonos viuam, & pangendo carmine vitam transigam.

ODA III.

Consolatur Hieronem cum morbo diuturno conflictantem, hoc ordine: Primùm optat Chironem centaurum, ac Æsculapium reuiuiscere, vt morbo illius medeantur, eaq; occasione Æsculapij nati historiam intexit. Deindè, Honestum esse, ait, in voluntate Dei, qui iuxta vnum bonum duo mala distribuit hominibus, acquiescere. Tertiò, Exempla recitat summorum virorum, Pelei, Cadmi, Achillis, qui non sine multis incommodis vitam traduxerunt. Quare & nos ea patienter feramus.

Saturnus——Phillyra, vna ex Nereidibus.
|
CHIRON Centaurus & medicus, Iasonis, Æsculapij, Achillis & Patrocli præceptor.

Phle-

Ixion. CORONIS, *ab Apolline compressa. antequam pareret, cum Ischye Arcade consueuit, ante partum extincta. Ouid. Metam. 2.*

ÆSCVLAPIVS, *traditus ab Apolline Chironi centauro educandus, postea fulmine ictus à Ioue, cùm Hippolytum, ab equis discerptum, rogatu Dianæ, in vitam reuocasset.*

Cadmi & filiarum Genealogiam supra oda 2. Olymp. Æacidæ, PELEI *& Achillis Olymp. 8. posui.*

ἕν παρ ἑσλὸν, πήματα σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, ἀλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω. *Iuxta vnum bonum duo mala Dij distribuunt, quæ insipientes non norunt eleganter ferre. Boni verò pulchriora promunt, (foràs vertunt)*

Χρὴ τὰ ἐοικότα πάρ δαιμόνων μαστεύεμεν θναταῖς φρεσὶ γνόντας τὸ πὰρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν αἴσας, μὴ φίλα ψυχὰ βίον ἀθάνατον σπεῦδε, τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν. *Conuenientia oportet à Deo quære (petere) mortales mentes, cognoscentes, quale*

ante pedes sit fatum. Cara anima, ne appetas Diuinitatem, sed haurito possibile consilium.

Εἰ δὲ νόῳ τις ἔχει θνατῶν ἀλαθείας ὁδὸν, χρὴ πρὸς μακάρων τυγχάνοντ' εὖ πασχεμεν. ἄλλοτε δ' ἀλλοιαι πνοαὶ ὀψιπετᾶν ἀνεμων, ὄλβος δ' οὐκ ἐν μακρὸν ἀνδρ' ἔρχεται, ὅς πολὺς. *Si quis sapit, fruatur præsenti beneficio Dei, dum conceditur, aliàs verò alij flatus sunt ventorum. Nec diuturna est felicitas hominum cùm creuerit. Ego modicus ero in modica fortuna, & magnus in magna, & vtramq; fortunam me complectentem exercebo, meo consilio moderans.*

ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαιότατον, ὅς τις αἰσχύνων ἐπιχώρια, παπταίνει τὰ πόρσω μεταμώνια, θηρεύων ἀκραίντοις ἐλπίσιν. *Vanissimum genus hominum est, quod domestica contemnens, circumspectat peregrina, quæ inania sunt, & venatur ea spe inani.*

Γινωσκομένα δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς χρόνια τελέθει. πάυροις δὲ πράξασθ' εὔμαρες. *Celebrata virtus egregio carmine, perpetua est. Paucis autem hoc assequi facilè est.*

Πολλὰν τ' ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς σπέρματος ἔνθορον ἀΐστωσεν ὕλαν. *Parua scintilla magnam syluam comburit.*

Oda

ODA IIII.

ORiginem & Reges vrbis CYRENES, à Minyarum ARGOnautarum posteris conditæ, ortos celebrat. eaq; occasione, maximam historiæ ARGONAVTarum partem commemorat. cui lucem singularem hæc tabella adfert.

ÆOLVS.

Phylacus — Cretheus — Salmoneus — Athamas

Alcimede — Æson — Amythaon — Pheres — Tyro ex Neptuno — Phrixus gener Æetæ Colchici — Helle.

Iolci in Thessalia. — Melampus in Pylo Antiphates. — Bias Talaus. ADRASTVS. — ADMETVS — Alceſtis vxor Admeti.

IASON. Dux Argonautarum. — Oicles — AMPHIARAVS. — PELIAS. — Eumelus.

Tota verò expeditionis Argonautarum historia integrè descripta carmine extat, ab Orpheo, qui interfuit, & Apollonio Rhodio. Inde Nomina Principum sumantur.

BATTVM verò fundatorem vrbis Cyrenes in Libya, ortum ex posteris Minyarum, qui expeditioni Argonauticæ interfuerunt, prolixè celebrat Herodotus μελπόμ. fol. 140. 142. 143.

Oedipus
Polynices
Therſander
Tiſamenus
Auteſion.

Argia, *nupta* Ariſtodemo Heraclidæ, *mater* Euryſthenis & Proclis.

THERAS, tutor filiorum ſororis, quibus adultis, colonos ex Lacedæmone & in his MINYAS in inſulam Theram *duxit. Herod.* Μελπομ. *fol. 140. 141.*

Phronyme—Polymneſtus.

BATTVS, Polymneſti filius, ex poſteris Minyarum, relicta Thera, CYRENEN in Libya condidit, cuius initio Odæ mentio fit. Hiſtoriam Herod. lib. 4. pag. 142. integram recitat.

Arceſilaus.
Battus II.
Arceſilaus II.
BATtus III. εὐδαίμων.

Arceſilaus *III. uxor* Eryxo. Aliarchus.

BATtus *IV. claudus, uxor Pheretime.*

⊙

Arceſi-

ARCESILAVS, octauus à Batto conditore, ad quem hæc Oda à Pindaro scripta est. Cyrenen Cambysi tradidit.

Laodice vxor Amasis regis Ægypti. Hero. in fine Euterp.

Æetes, rex Colchidis, quem origine Corinthium fuisse aiunt.

PHRYXVS—filius Athamantis, à socero occisus.

—filia MEDEA Iasoni à se seruato nupsit, & vaticinata est Argonautis, de origine Cyrenes.

Tityus.

Europa—Neptunus.

EVPHEMVS, Tenari princeps, Argonauta: ex Malacha Lemnia genuit filium, cuius posteri in Theram & Cyrenen ducti.

Herculis Geneal. oda septima Olymp.

Castor & Pollux oda 3. Olymp. Oda 10. Nemeorum.

Neptunus.

Neleus—Chloris

Peryclymenus ex Pylo.

Apollo—Calliope.

ORPHEVS

Alœus——Iphimedia——Neptunus.

Otus. Ephialtes

à Diana in Naxo.

Tityus, Panopei in Phocide tyrannus fœdus, ab Apolline & Diana sublatus.

Sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem,
Quem volucres lacerant, atq; exest anxius angor.

Ἐντὶ μὲν ἀνατῶν φρένες ὠκύτεραι κέρδει αἰνῆσαι πὲρ δίκας δόλιον, τραχεῖαν ἐρπόντων πὸς ἑσπέραν δ' ὅμως. *Sunt quidem hominum animi veloces ad laudandum præ iustitia dolosum lucrum, sed repunt ad asperum diem postridianum,* πὸς ἑσπέραν, *ad posfestum.*

In Deprecatione pro Demophilo exule ac inimico, hanc Oedipi sapientiam, Arcesilao, de moderatione ac ἐπιείκεια *in Gubernatione adhibenda, proponit.* Χρὴ μαλακὰν χεῖρα προσβάλλοντα, τρώματα ἕλκεος ἀμφιπολεῖν. ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι καὶ φαυλοτέροις. ἀλλ' ἐπὶ χώρας αὖθις ἔσαι, δυσπαλὲς δὴ γένεται ἐξαπίνας, ἢ μὴ θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερνατὴρ γένηται. *Oportet mollem manum curationi vulneris & vlceris adhibere. Facile est enim turbare ciuitatem, etiam imbecillibus. sed rursus in pristinum locum restituere, difficile est, nisi Deus duces gubernet. Tibi verò talia texunt Charites, seu, tua talis est natu-*

natura, vt grata sint, quæ facis, & magis ames beneficentiam quàm crudelitatem (sicut Aristoteles Alexandro scribit, Datum ei esse imperium, οὐ πρὸς ὕβριν, ἀλλὰ πρὸς εὐεργεσίαν) Cùm autem bonus nuncius magnum decus adferat cuilibet negotio, sinas me esse bonum & felicem pro Demophilo deprecatorem. cuius insigne encomiũ attexit.

Εν δὲ χρόνῳ μεταβολαὶ, λήξαντος οὔρου ἱστίων. Cessante secundo vento, tempus adfert mutationes velorum.

Οἶμον ἴσαμι βραχὺν, πολλοῖσι δ' ἄγημαι σοφίας ἑτέροις. Noui & ego breuem viam, & alijs sum doctor eius sapientiæ.

V.

LAudat Arcesilaum, quòd secundas res ornet virtute, & opulentiam conferat ad salutem communem generis humani.

Ὁ πλοῦτος εὐρησθενής, ὅταν τις ἀρετᾶ κεκραμένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ πίτμου παραδόντος αὐτ' ἀνάγῃ, πολύφιλον ἑπέταν. Diuitiæ sunt bonæ, (potentes) quando homo, mixtas pura virtute, fortuna dante possidet, conciliatrices amicorum (vt multis amicis prosit, vel comites facientes amicos.)

Σοφοὶ δ' ἔτι κάλλιον φέροντι, καὶ τὰν θεθόσδοτον δύναμιν, Sapientes ornant fortunam à Deo datam.

Παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπειλήφεμεν, *Deus in omni re autor boni præcipuus existimandus est.* deinde gratiam debes Carroto, *qui tibi non adduxit Epimethei (sapientis post factum) filiam* μετάφασιν, (*vel Pœnitentiam, vel Excusationes stolidas, vel causificationes,* σκήψεις) het ich das vnd jens gethan/ *tunc vicissem.*

Μακάριος, ὃς ἔχεις, καὶ μετὰ μέγαν κάματον, λόγων φερτάτων μναμήϊον. *Beatus es, qui post magnos labores, laudibus celebraris (qui post laborem, monumentum habes, quo celebraris.*

Πόνων δ' οὔτις ἀτόκλαρος ἔστιν οὔτ' ἔσται. *Nemo est aut erit sine difficultatibus. Sed Batti te comitatur fortuna, tribuens per vices hæc & illa (bona & mala) Tu es turris vrbis (maximum præsidium Reipublicæ) & oculus lucidissimus hospitibus.*

Ægimius, *rex Dorienſium, ad Oetam montem habitantium, amicus Herculis, cuius filium Hyllum adoptauit.*

Hyllus Dymas Pamphylus
à quibus Hyllenſes, Pamphyli & Dimanes tribus ortæ.

ÆGIDÆ, *non modò Athenienſes ſunt ab Ægeo,*

Ægeo, patre Thesei, sed etiam Thebana & Lacenica familia ampla, ex Cadmi posteris orti, quorum Herodotus Μελπομ. fol. 140. meminit.

Theras, ab Oedipo ortus, oda 4. Pyth.

Oeolycus

Ægeus, à quo ÆGIDÆ.

Carnea festum in honorem Apollinis, & Carni, Acarnanis, vatis Apollinei, de quo Pausanias, Λακωνικ. fol. 73.

Μεγάλαν ἀρετὰν δρόσῳ μαλθακᾷ ῥανθεισαὶ, κώμων θ' ὑπὸ χάλκασιν, ἀκόνᾳ Magnas virtutes, molli rore laudum seu carminum fusione (fluxu) conspersas audiunt tui maiores. Sicut planta crescit rore, ita virtus celebratione.

Διὸς τοι νόος μέγας κυβερνᾷ δαίμον' ἀνδρῶν φίλων, Iouis mens magna gubernat fortunam eorum, quos diligit.

VI.

Locum communem satis suauem de colendis parentibus continet: præcepto Chironis sapientis centauri ad Achillem, ac exemplo Antilochi, patrem Nestorem sua morte ex periculo liberantis, illustratum, & Xenocratis victoris, cui Iusticiam, sapientiam, fortitudinem equestrem, & Modestiam seu suauitatem in conuictu tribuit.

Γλυκεῖα δὲ φρεσὶν καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν, μελιοσᾶν ἀμείβεται ῥητὸν πόνον.

Mens dulcis est in conuersatione, sicut faui mellis.

ODA VII.

MEGAcli *Athenienſi inſcripta, nobiliſſimæ familiæ* ALCMæonidarum *meminit. cuius partem ex Herodoto adſcribam.*

Cliſtenes, *princeps Sicyoniorum.* — Megacles.

ALCMÆON, *Cræſi amicus.*

Agariſte. —— Megacles, *Piſiſtrati æmulus Herod.* Κλειω.

Cliſthenes Atticus, *eiecit Piſiſtratidas. Herod.* πρψ. — Hippocrates. — Ariphron.

Megacles. — Agariſte. — Xantippus.

Alcibiades. — PERICLES *Orator.*

CLINIAS. *Herod. lib. 7.* — Dinomache.

ALCIBIADES — Hipparete, *ſoror* Calliæ *diuitis.*

ὦ μεγάκλες, ὑμαὶ τι, καὶ προγόνων, νέα δ' εὐπραγία χαίρω τι, τόδε ἄχνυμαι φθόνον ἀμπεβόμενον τὰ καλὰ ἔργα. *O Megacles. Tuæ & maiorum & recenti felicitati gratulor. Sed hoc doleo, quod inuidia comitatur honeſta.*

nesta facta. sed ita aiunt, etiam bonam fortunam stabilem apud alios, tamen hæc & illa ferre.

VIII.

LAudat Æginam, fortissimorum Heroum Æacidarum, qui excelluerunt in pugnis, patriam (quorum Genealogiam Olymp. 8, recitaui) & Neminem felices successus & durabilem felicitatem habere docet, nisi à Deo iuuetur & seruetur. Est q; inprimis memorabilis postrema concio, quod res secundæ inflent homines superbiâ & stultitiâ, & subitis casibus mutentur: & de summa vitæ Hominum breuitate, inconstantia, fragilitate & inanitate. Qui nactus est recens bonum, delicatus (indulgens sibi) volitat elatus sic magna, & alatâ audaciâ & cogitat maiora viribus. Exiguo autem tempore hominum felicitas (voluptas) durat, & rursus decidit in terram stulta mente quassata. Diurnum quiddam sunt Homines. Quid verò glorietur aliquis se esse aliquid, aut exprobret alicui, cum Nihil esse. VMBRÆ SOMNIVM SVNT HOMINES. Sed donec splendor diuinus adest, tantisper lumen adest hominibus, & dulcis vita. ἐπ' ἀμεροι, τί ἦ τίς, τὶ δ' οὔτις, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. ἀλλ' ὅταν αἴγλα διόσδοτος ἔλθῃ, λαμπρὸν ἔπεστι φέγγος ἀνδρῶν, καὶ μείλιχος αἰών.

Initio Odæ. ἡσυχία φιλόφρων δίκας

ξυγε-

θυγατὴρ, βυλαὶ τε καὶ πολέμων ἔχοισα κλαῖδας, Grata tranquillitas, filia iustitiæ, consiliorum & bellorum claues tenens, celebratur. Significat enim ἡσυχία, non tantùm Pacem, sed tranquillum & benè constitutum regimen, quod efficit, vt bona delectent oportuno tempore.

Βία καὶ μεγάλαυχον ἐσφαλεν ἐν χρόνῳ Violentia tandem superbum evertit. Id verò est gratum munus, quod aliquis accipit à volente.

In Amphiarai vaticinio. φυᾷ τὸ γενναῖον ὑπερέπει, ἐκ πατέρων πᾶσιν λῆμα. Naturæ generositas excellit, & inest natis parentum virtus (λῆμα voluntas, der Muth/ à λῶ volo.)

Amphiarai & Adrasti Genealogiam supra Olymp. 6. recitaui.

Θεῶν δ' ὅπιν ἄφθιτον αἰτέω ὑμετέρας τύχας. Deorum curam peto vt vobis adsit (Diuinum auxilium vestris fortunis opto.) Cùm enim aliquis sine longo labore sit potens (pingue sit) is multis insipientibus sapiens videtur, qui putant, eum suis consilijs parasse opes. At hoc non est in potestate hominis. Deus verò hæc præbet, aliàs alium extollens, alium verò deijciens subter manus suas.

IX

NOmen Vrbis CYRenes, à Cyrene Thessalica virgine venatrice, Apollinis amica, deducit.

Oceanus

THIA.

Oceanus.

Peneus——Creusa.

Hypseus *rex Lapitharum.*

Apollo——CYRENE.

ARISTÆVS *in 4. Georg. Virgilij.*

Perseus *rex Mycenarum.*

Sthenelus,	Alcæus,	Electryon,
Mycenis.	*Tirynthe.*	*Midiæ.*
EVRYStheus,	Amphi-	—Alcme-
rex Argiuorũ,	tryon.	na.
ab Iolae inter-	IPHIclus.	
fectus.	IOLAVS.	

—Iupiter.
HERCVLES.

Oceanus——Tethys.

NEREVS *Grandæuus.*

ANTÆVS.

Alceis—Alexidamus.

Gnomæ.

ὠκεῖαι δ' ὀπιζομένων ἤδη θεῶν πρᾶξις, ὁδοὶ τε βραχέαι. *Procurantibus (festinantibus) Dijs, celeriter fit actio, & viæ breues sunt.*

δρεταὶ δ' ἀεὶ μεγάλαι πλύμυθοι. βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι πιπίλλειν, ἀκὰ σοφοῖς

ὁ δὲ

ὁ δὲ καιρὸς, ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν. *Magnæ virtutes longa prædicatione dignæ sunt. Sed breuiter res longas dicere, sapientis artificis est narratio. Oportunitas verò dominatur in omnibus,* (*Quod probat peregrino exemplo Iolai Thebani, qui non neglexit oportunitatem, Eurysthea interfecto.*)

Σιγᾶλον ἀμαχανίαν ἔργῳ φυγών. *Egregijs factis fugit obliuionem* (*tacitam ignauiam factis effugit.*)

Nereus iußit, etiam inimicos, laudare eum, qui res iustas & vtiles patriæ geßit, κεῖνος αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν παντὶ θυμῷ σὺν τι δίκᾳ καλὰ ῥέζοντα σύνεπε.

In fine, connubium Alexidami, qui fuit principium stirpis illius, celebrat. Antæus enim Troiæ Rex, procis, filiam pulcherrimam, proposuit præmium cursus ei futuram, qui primus ad eam peruenisset.

ODA X.

INtexit Narrationem de Hyperboreis (vom Schlauraffen Land) *ad quos venerit* PERSEVS, *filius* Danaës, *Rex Argiuorum, & adiutus à Pallade, Gorgonem, seu Medusam Gorgonum Reginam interfecit, eiq; caput serpentibus, in quos capilli mutati erant, horrens, abstulit, cuius conspectu hostes in saxa convertit. Oda Pyth. 12. Ouidius lib. 4. 5. Metamorph.* (*caput Algol. 1. cranium, caluaria.*) Γλυκὺ

Γλυκὺ δ' ἀνθρώπων τέλος, ἀρχάτε, δαίμονος ὀρνύντος, αὔξεται. ὁ μὲν που, τεοῖσι μήδεσσι τοῦτ' ἔπραξε. *Ita demum dulcis est exitus, & felix initium rebus humanis, Deo iuuante. Hic tuo auxilio hæc egit, ô Apollo. Inprimis autem votum, quo durabilem & constantem felicitatem amicis precatur, dignum consideratione est. Vtinam & in posterum sint felices, & floreant diuitijs, cùm adepti sint præcipua decora in Græcia, μὴ φθονεραῖς ἐκ θεῶν μετατροπίας ἐπικύρσαιεν, θεὸς εἴη ἀπήμων κέαρ, ne incidant pormittente Deo in inuidas conuersiones, (tristes mutationes) Sed sit eis Deus propitius. Beatus est qui virtute vicit in certaminibus (sed vt Homo) ferrugineum cœlum penetrare non potest, verùm vt inter humana bona venit ad metam. Nulla est enim hominum fortuna non mutabilis in hac vita. Ideo simus modesti.*

Θεῶν τελεσάντων οὐδὲν ποτὲ φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον, *Deo perficiente nihil incredibile est.* ῥάδια πάντα θεῷ τελεσαι.

Τῶν δ' ἕκαστος ὀρούει τυχὼν κὲν, ἁρπαλέαν σχέθει φροντίδα, τὰν πὰρ ποδός. τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν, ἀτέκμαρτον προνοῆσαι. *Nactus quisq; quod curat, præsenti bono fruatur. Futura verò prospici non possunt.*

XI.

XI.

Recitat necem Agamemnonis, & additur in fine pulchra sententia de Mediocritate.

Cadmi filiæ, Semele & Ino, & comunx Harmonia) Genealogiam supra Olymp. 2. posui. Historiam Ouidius Metam. 3. recitat.

In diuite terra PYLADÆ) Phocenſi. Fuit autem Pylades Phocenſis, Strophij filius ex Anaxibia ſorore Agamemnonis natus. apud quem Oreſtes, Agamemnonis filius, educatus eſt. qui Pylades poſtea ſororem Oreſtis Electram in matrimonium duxit. Huius Pyladæ mentione obiter facta, in hiſtoriam auunculi Agamemnonis, patris Oreſtis, ab vxore adultera occiſi, euagatur. Etſi autem Pelopidarum familiam, & in hac Agamemnonis & Oreſtis Genealogiam ſupra Olymp. 1. Pyladis v rò, Olymp. 8. recitaui: tamen accuratiùs quædam hoc loco repetam.



♄	☉	☿
& Cassandram Priami filiam vatem, cum marito reuersam, interfecit.		*PYLADES Orestis amicus.*

Iphigenia *in Aulide.*	ORESTES, *vltus necem patris, matrem ac Ægistum occidit. Vide Orestem Euripidis ac Electram Sophoclis.*	Electra.	Chrysothemis.

Laus Mediocritatis. Θεόθεν ἐραίμαν καλῶν δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ. τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων τὰ μέσα, μακροτέρῳ σὺν ὄλβῳ τεθαλότα. *A Deo optarim ex bonis possibilia, quærens pro præsenti ætate (vita mea) Cùm enim videam in ciuitate mediocria (mediocres) diuturniore felicitate florere: odi (reprehendo) fortunam tyrannorum, & communibus (mediocribus) virtutibus occupatus sum. Inuidi verò nocere student potentibus. Si quis autem ad extremum quietè & tranquillè vitam transigens, effugit calamitatem Tragicam, is relinquit famam potentiorem morte (non venit in obliuionem) pro dulcibus posteris, meliorem famam (Gratiam) quæ est optima possessio, relinquens.*

Τὸ δὴ νέαις ἀλόχοις ἔχθιστον ἀμπλάκιον,

κίον, καλύψαι τ' ἀμήχανον ἀλλοτρίαισι γλώσσαις. κακόλογοι δὲ πολῖται. ἴσχει τε γὰρ ὄλβος σὺ μείονα φθόνον. ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων, ἄφαντον βρέμει. *Quod in iuuenculis coniugibus peßimum delictum est (adulterium) occultari alienis linguis non potest. Ciues autem maledici sunt, & potentibus inuident homines. Sed humilia spirans (pauper) in obscuro fremit (viuit.)*

XII.

MIDÆ *Tibicinis victoriam canens, in* PERSEI, *caput reginæ Gorgonum resecantis, & Palladis tibiarum inuentricis, historiam euagatur.*

ABAS, Lyncei filius rex Argiuorum.

Acrisius. — PROEtus, *pellit fratrem Argis. à Perseo in silicem versus.*

Iupiter, *aureo seu Heroico semine suo, Danaën impleuit.* — *DANAE.*

PERSEVS, Herculis proauus. Gorgonum victor, resecto Medusæ capite, Seriphios, Cephenes, & alios, in saxa vertit. Ouidius lib. 4. 5. Metamorph.

Neptunus. — Thoosa.

PHORCYN.

Neptunus — *MEDVSA,* Euryale, Sthenio, *sorores Gorgones q. d. agiles & terribiles quarum capilli capitis in serpentes versi erant.*

Pegasus.

erant. Cùm autem caput Medusæ à Perseo resectum esset: reliquæ sorores, ac Euryale inprimis, fatum sororis gementes, lamentabantur. Harum eiulatus, inuentis tibijs, imitata Pallas hoc loco dicitur, fabricato instrumento, quod κεφαλῶν πολλῶν νόμον, capitum multorum legem, seu Harmoniam, seu multorum calamorum canticum, nominauit.

Magnes.

POLYDectes, rex Seriphi insulæ, qui Perseum educauit, & contra Medusam, Gorgonum reginam, misit, cuius resecto capite conspecto, in silicem versus est. Ouid. lib. 5. Metam.

In fine, denuò, Nullam felicitatem humanam firmam & sinceram, & varias fortunæ vices esse, adfirmat. Si qua est felicitas hominum: non est sine aliquibus miserijs. Deus verò eam hodie vel postea perficiet. τὸ γεμόρσιμον & πάρφυκτον, Fatum verò ineuitabile est (Beschert ist vngewert) ac tandem venit tempus, quod res desperatas reponens, contra opinionem aliqua dat, aliqua denegat.

NEMEA

in Argolica celebrata sunt, die 12. Iulij, Nemeis, vbi inusitatæ magnitudinis Leonē Nemeæum Hercules interfecit, de quo Theocritus Idyll. 32. Fuerunt autem conuentus annui principum, in quibus de Republica & rebus necessarijs deliberarunt.

ODA I.

HERCVLIS adhuc infantis primum labo-rem celebrat, quem Theocr. Idyll. 31. & ipse apud Ouidium prædicat: Cunarum labor est angues superare, mearum. nam in Heroicis naturis, indicia excellentis animi, futuræq; magnitudinis & virtutis, ab ipsis incunabilis eluceant. Ingenium cœleste suis velocius annis Surgit, & ignauæ fert malè damna moræ. Assumatur autem huc Genealogia Herculis ex Oda 7. Olymp.

Initio Odæ, Ortygiam insulam, vrbi Syracusarum ponte iunctam, in cuius fonte Arethusa, Alphæum fl. Peloponnesi, respirare seu erumpere & effundi ait: & totam SICILIAM, à fertilitate soli, & incolarum bellica virtute, & victorijs Olympicis, laudat. Ortygiam, Deli sororem & cubile Dianæ nominat, quia DELVS etiam, in qua Apollo & Diana nati sunt, olim Ortygia dicta est.

Latona.

APOLLO. DIANA.

ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῶν κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς. ἔστι δ' εὐτυχία παυδοξίας ἄκρον. μεγάλων δ' ἀέθλων μοῖσα μεμναμένα φιλεῖ. Initia diuinarum virtutum illius viri posita sunt à Deo. Est autem diuinum quiddam peruenire ad summam gloriam. &

Musa

Musa libenter meminit magnorum certaminum.

Λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλὸς, ὕδωρ καπνῷ φέρειν ἀντίον. τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι. χρὴ δ' ἐν εὐθείας ὁδοῖς στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ. πράσσει γὰρ ἔργω μὲν σθένος, βουλαῖσι δὲ φρὴν, ἐσσόμενον προιδεῖν συγγενὲς, οἷς ἕπεται. *Accidit bonis sic extinguere calumniatores, vt si quis aquam in fumum (ignem) inspergat. Aliæ enim aliorum artes sunt. Sed decet rectà incedentem, laborare iuxta suam naturam. Adiuuat facta robur, sed mens consilia, cum quibus coniuncta est prudentia, futurum prospiciens. His (prudentia & robore) vtendum est in vita. Non expeto magnas diuitias habere domi conditas. Sed præsenti copia frui, & audire quod amicis benefaciam. Communes enim spes sunt miserorum hominum (fortè mihi non minus opus erit alieno auxilio quàm alteri.)*

Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πάνθ' ὁμῶς. εὐθὺς δ' ἀπήμων καρδιά, κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον. *Propria mala magis premunt omnes. Vnusquisq; proprio malo maximè excruciatur. sed circa alienam curam cor est sine dolore.*

II.

Timodemum Atheniensem ex Acharnis (vnde Aristophanis Tragœdia nomen habet) ortum, breui encomio celebrat, quem, vt Orionem,

non procul à sublimibus Pleiadibus procedere, & Aiaci Salaminio vicinum, ac virtute similem affirmat.

III.

SEx continuæ sequentes Odæ, Laudes ÆACIDARVM, ac insulæ ÆGInæ continent. Recitaui autem Genealogiam integram supra Olymp. 8. quæ huc assumatur.



Laomedon

Laomedon, *rex Troiæ, à Telamone & Hercule victus.*

PRIAMVS — TITHonus — *Aurora.*

HELENVS. — MEMNON.

Διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου. ἀεθλονικίας δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν φιλεῖ στεφάνων ἀρετᾶν τε δεξιωτάταν ὀπαδόν. *Sitit (expetit) alius aliam rem. victor autem carmen amat, quod coronas & victorias comitetur.*

Εἰ δὲ ὢν καλὸς, ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾶ, ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβα, οὐκέτι πρόσω ἀβάταν ἅλα κιόνων ὑπὲρ ἡρακλέος περᾶν εὐμαρές. *Si quis pulcher sit, & faciens congruentia formæ (addens fortia facta) ad excellentem virtutem ascenderit: non vlterius vltra fretum columnarum Herculis traijcere facile est.*

ἕπεται δὲ λόγῳ δίκας ἄωτος ἐσλὸς, αἰνεῖν. οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες ἀνδρὶ φέρειν κρεσσονες. οἴκοθεν μάτευε. *Flos iusti sermonis est laudare bonos, nec alienis plumis te ornato, sed ex domesticis & proprijs quærito laudem.*

συγγενεῖ δὲ τις εὐδοξία μέγα βρίθει. ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφηνὸς ἀνὴρ, ἄλλοτ' ἄλλα πνέων, οὔποτ' ἀτρεκεῖ κατέβα ποδί. μυριᾶν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόω γεύεται. *Naturalis virtus maxi-*

maximè pollet. sed qui tantùm doctrinam accersitam habet, obscurus est, & alias aliter animatus, nunquam constanti pede procedit, & multas virtutes deficiente mente gustat (tentat.)

Ἐν δὲ πείρᾳ τέλος ἀφανέστερον, ὧν τις ἐξοχώτερος γένηται, Experimento fit perspicuum, quare quisq; excellat. Das Werck lobet den Meister. Inter iuniores iuuenis est, inter viros vir, inter senes senex, & cuilibet parti generis humani rectè se accommodat. (Tanta comitate est, vt possit se ad magnam diuersitatem ingeniorum accommodare.) Habet & quartam virtutem, Φρονεῖν τὸ παρακείμενον, studet præsentia rectè agere, & non vagari à præsentibus.

Κραυγέτας δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται, Clamosi Graculi humilia depascunt.

De Mirmydonibus incolis Æginæ veteribus, narrant, cùm Æacus peteret à Ioue vt insulam pestilentia desertam, frequentia hominum ornaret: ibi Formicas in homines, versas esse. Fortè fuerunt ibi venæ metallicæ, quarum fossores Æacus ordinauit.

IIII.

Rursum laudat Æacidas, & recitat exemplum continentiæ Pelei, abstinentis ab Hippolyte, Acasti regis Magnetum vxore, à qua sollicitatus erat.

Οὐ δὲ

οὐ δὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον γε μαλθακὰ τεύχει γυῖα, τόσον εὐλογία, φόρμιγγι συνάορος. ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει, ὅ τι κε σὺν χαρίτων τύχα γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας. Nec calida aqua tam suauiter recreat fessa membra, vt laus socia citharæ. Carmina diuturniora factis durant quæ profert lingua, ex profunda mente, fauentibus Gratijs.

Ῥέζοντα τι καὶ παθεῖν ἐοικε, Res magnas facientem, pati etiam aliquid oportet. Hanc sententiam, Alexander Macedo, ad Granicum vulneratus, audiens à milite quodam, quasi consolaturo regem pronunciari, agnouit Pindaricam, & militem Thebanum esse.

Φθονερὰ δὲ ἄλλος ἀνὴρ βλέπων, γνώμαν κενεὰν σκότω κυλίνδει χαμαιπετοῖσαν. Invidi in tenebris inane consilium volvunt & humile. Statius

Mox tibi si quis adhuc prætendit nubila Liuor
Occidet, & post me meriti referentur honores
Thebai. sed ne tu diuinam Æneida tenta,
Sed longè sequere & vestigia semper adora.

Γαδείρων, τὸ πρὸς ζόφον, οὐ πέρατον. ἀπότρεπε αὖτις Εὐρώπην ποτὶ χέρσον ἔντεαναὸς. Vltra Gades, ad occasum, non est meabile (nauigari non potest.) Reduc nauim in Europam.

sic metæ sunt virtutis, fortunæ, operum, & carminum.

ὁ χρυσὸς ἑψόμενος αὐγὰς ἔδειξεν ἅπασας. ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἰσοδαίμονα τεύχει. *vt aurum coctum magis fulget, ita carmen regibus pares facit.*

τὰ δὲ αὐτὸς ἄν τις τύχῃ, ἔλπεταί τις ἕκαστος ἐξοχώτατα φάσθαι. *Quæ ipse quisque vidit, ea poterit optimè recitare.*

V.

EIusdem cum proximè præcedenti Oda argumenti & inserit Nuptiale carmen Musarum, de castitate PELEI, *qui non voluit coniugem Acasti hospitis violare. quæ est similis historiæ Ioseph.*

Exordium, Non sum statuarius, vt immobilia opera faciam statuas in eodem solo stantes, significat, carmina ipsius, non vno taotùm in loco, conspicuam reddere victorum virtutem, sed per totum mundum volitare.

οὐ τοι ἅπασα κερδίων φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει' ἀτρεκής, καὶ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπων, νοῆσαι. *Non semper vtile est veritatis claram faciem ostendere. Sed sæpè tacere sapientissimum est hominibus.*

πότμος

πάτμος δὲ συγγενὴς ἔργων περὶ πάντων Fortuna Iudex est omnium. Vt cuiusque fortuna est, ita habet exitus.

Χαίρω δὲ, ὅτι ἐπλοῦσι μάρναται περὶ πᾶσα πόλις. Gaudeo, quod tota ciuitas certat honestis officijs (quod tota est dedita studijs virtutis & officijs honestis.)

VI.

DEnuò Æginam & Æacidas honorificè prædicat. Exordium autem de cognatione Deorum & hominum singulare est. ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, Idem hominum, idem Deorum genus est. Ex vna matre (terra) vtriq; spiramus. Discernit autem nos diuersa potentia. vt nos, quasi nihil simus, sed aneum cœlum est perpetua sedes. Aliqua ex parte tamen assimilamur Dijs, seu mente, seu ingenio. quanquam nec die nec nocte scientes, ad quam metam nos fatum præscripserit.

Σὺν Θεῷ δὲ τύχα. Cum DEO labor felix est.

παροιχομένων δ' ἀνέρων, ἀοιδοὶ κ' λόγιοι τὰ καλὰ σοφὶν ἔργα ἐκόμιζαν. Defunctorum hominum egregia facta, Poetæ & Oratores celebrarunt.

τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον ἀεὶ κυμάτων, λέγε) παντὶ μάλιστα δονεῖν θυμὸν.

Fluctus

Fluctus qui ad pedem nauis (cui alligati sunt funes, quibus tenditur velum) irruit, maximè turbat cuiusq́; animum. Wenn das wasser vber bort gehet.

VII.

SOgenis Æginetæ felices natales, & virtutem ac mortem Aiacis & PYRRHI Æacidarum, celebrat. Initiò, alijs alia fata nascentibus attribui, seu alium alio feliciùs nasci affirmat, & Sogenis claritati inter certatores plurimùm patriam contulisse, in bellicosorum Æacidarum vrbe Ægina nato, qui heroicis virtutibus suis & rebus præclarè gestis, materiam vberem carminibus & musis præbuerunt. Vt autem sapientes gubernatores ventum idoneum triduo post venturum præuident: ita vir prudens, non ea quæ ante oculos solùm sunt, sed futura etiam post mortem curat, vt sui memores alios benè merendo faciat. Quia diues & pauper similiter moriuntur, vel, vt postea inquit, κοινὸν ἔρχεται κῦμ' ἀΐδαο, πέσε δ' ἀδόκητον, ἐν καὶ δοκέοντα, τιμὰ δὲ γίνεται ὧν θεὸς ἁβρὸν αὔξει λόγον τεθνακότων βοαθόων, *Communis fluctus mortis omnes obruit, venit inopinata & opinata mors (vel cadunt pariter ignobiles & nobiles.) Honos autem comitatur eos, de quibus mortuis sermonem auget Deus opitulator.*

Εὐώνυμον ἐν δίκαν τρία ἔπεα διαρκέσει.

Ad bo-

Ad bonam causam tria verba sufficiunt.

κέρον δ' ἔχει καὶ μέλι. *Etiam mellis satietas est. Fel fit mel quoq; si nimium est.*

Τυχεῖν δὲ ἕνα ἀδυνάτον ὐδαιμονίαν ἅπασαν, *Vnum adipisci totam beatitudinem, impossibile est. Nec nominare possum, cui fatum tribuerit hanc beatitudinem perpetuam vsque in finem.*

εἰ δὲ γίνεται ἀνδρὸς ἀνὴρ, τί φαῖμεν κε γείτον' ἔμμεν, νόῳ φιλήσαντα γ' ἀτενεῖ, γείτονι; χάρμα πάντων ὄπαξιον, εἰ δὲ αὐτῷ καὶ θεοὶ αὖ ἔχουσιν. *Si homo homine fruitur, quid dicimus esse vicinum, amico vicino: bonum optimum & dignissimum, si Dij etiam benefaciunt vicinis.*

Τυφλὸν δ' ἔχει ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πολύς, *Vulgus habet cœcam mentem.*

Prouerbium, Iouis Corinthus, in Græco Commentario explicatur.

VIII.

ÆGinæ & ÆACIDARVM *laudatio, denuò repetitur.*

ἔβλαστε δ' υἱὸς Οινώνης, βασιλεὺς χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος, *Natus est Æacus, filius Æginæ, Rex manu & consilijs optimus.*

Σὺ

Σὺν Θεῷ γὰρ τοι φυτευθεὶς ὄλβος ἀνθρώποισι, παρμονώτερος. A DEO plantata prosperitas durabilior est.

Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα, δόμεναι βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος. ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν. ἅπτεται δ' ἐσλῶν αἰεὶ, χειρονεσσι δ' οὐκ ἐρίζει. Noua autem inuenta (scripta) examini subijcere, vt iudicentur, magnum periculum est. Nam inuidis sermones (obtrectationes) sunt obsonij vice. & Liuor semper attingit bonos, non certat cum deterioribus. Et paulò pòst.

τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται, τὸ δ' ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρὸν. Maledica conuiciatio viros præstantes (splendidos) violat, & contra tenues tollit languidam curam.

Εγὼ δὲ ἀστοῖς ἄδων, καὶ χθονὶ γυῖα καλύψαιμ' αἰνέων αἰνητὰ, μομφὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς. αὔξεται δ' ἀρετὰ, χλωραῖς ἐέρσαις, ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσσει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις τε πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα. Alij aurum & immensos agros optant. Ego verò ciuibus placere cupio, & ita mori, laudans laude digna, & vituperans iniusta. Crescit autem virtus, exaltata à sapientibus & iustis, sicut arbor viridi rore surgit, in humidum aerem (laudataq; virtus crescit, vt herbæ verno rore rigatæ.)

χρεῖαι δὲ παντοῖαι φίλων ἀνδρῶν τὰ μὲν ἀμφὶ πόνοις ὑπερώτατα. μαστεύει δὲ καὶ τέρψις ἐν ὄμμασι θέσθαι πίστιν. *Indigegemus variè amicis, maximè in laboribus, ac iuuat cernere oculis fidelem amicum.*

κενεᾶν δὲ ἐλπίδων χαῦνον τέλος. *Inanes spes habent stultos exitus.*

IX.

VIctori in ludis Apollinis Pythij, Sicyone, ab ADRasto (vel antecessoribus illius) institutis gratulans, ADRasti familiam celebrat. alij, Nemea etiam, Sicyone primùm celebrata, tempore Adrasti ferunt.

Amythaon-

- Bias.
  - *TALAVS gener Polybi Sicyoniorum regis.*
    - Mecistheus *ad Thebas occisus.*
      - Euryalus *dux ad Troiã*
    - *ADRASTVS, Sicyone regnauit.*
      - Ægialeus.
    - Eriphyle, *vxor Amphiarai.*
      - *AMPHIARAVS vates bonus & bellator fortis, Olymp. 6. ad Thebas hiatu terræ absorptus. Nem. 9.*
        - Alcmeon *interfecit matrem.*
        - Amphilochus.
- Melampus.
  - Antiphates.
    - Oicles.

ἐν πολέ-

ἐν δαιμονίοισι φόβοις φεύγουσι καὶ παῖδες Θεῶν, *In diuinis terroribus etiam Deorum filij fugiunt.*

ἐν πολέμῳ κεῖνα Θεὸς (Αἰδὼς) ἔντυεν αὐτοῦ θυμὸν αἰχματὰν, ἀμύνειν λοιγὸν ἐνυαλίου. *In prælijs illa Dea verecundia, eum armat, vt depellat exitium Mauortium. Pauci autem prælio instante, possunt vertere nebulam ad aciem hostium,* MANV & CONSILIO, Χερσὶ καὶ ψυχᾷ δυνατοὶ.

ἐκ πόνων δὲ, οἳ σὺν νεότατι γένωνται, σὺν τε δίκᾳ, τελέθει πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα. *Ex laboribus in iuuentute iustè actis, existit in senecta æuum placidum. Qui verò nactus est à Deo hanc felicitatem, vt cum opibus gloriam habeat, Is cùm sit homo, non attingat pedibus aliam præterea metam longiùs positam.*

ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ μὲν Συμπόσιον, *Quietem amant conuiuia, & recens victoria crescit dulci carmine, & vox audacior fit ad pocula.*

In principio Odæ. ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώπων, τετελεσμένον ἐσλὸν μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλῦψαι. θεσπεσία δ' ἐπέων καύχας ἀοιδὰ πρόσφορος. *Est autem sententia hominum, præclara facta non tegenda esse silentio. Carmen autem vtile est ad celebritatem efficiendam.*

Vrbem

X.

VRbem ARGOS, & vetustissimos reges Argiuos: & CAstoris & Pollucis, cum Ida & Linceo amitinis pugnam, celebrat.

Inachus.
|
Io nupta regi Ægyptio.
|
Epaphus, à quo multas in Ægypto vrbes conditas esse, initio Odæ scribitur.
|
Libye. aliàs APIS dictus est.
|
BELVS, in Ægypto & Syria latè regnauit.

Ægyptus. DANAVS, ex Ægypto in Peloponnesum veniens, vrbem & regnum Argiuorum, eiecto Gelanore occupat, vnde Danai vrbem, Argos, hoc loco Poëta nominat. Huius filia & Hæres — Agenor. | CADMVS Thebarum conditor.

LYNCEVS, — HYPERMNESTRA, vxor interfecto à se Danao socero, succesit. | Lyncei, quæ sola maritum non interfecit.

ABAS rex Argiuorum. — Amythaon.

♄ ☉

Acrisius.
|
Danae, *cui aureum semen Iupiter infudit.*
|
PERSEVS, Mycenas condidit, Medusam Gorgonem interfecit.

PROETVS, Melampo sananti ipsius filias, partem Argiui regni tradidit, fratrẽ Acrisium expulit, postea à Perseo interfectus.
|
Megapenthes.
|
Hipponous.
|
CAPANEVS.

Alcæus.
|
Amphitryo.
|
HERCVLES.

Electryon.
|
Alcmene, *cui Iupiter intrepidum semen Herculis intulit.*

Melampus, *à Prœto consors regni Argiui factus.*
|
Antiphates.
|
Oicles.
|
AMPHIARAVS, cui ad Thebas terra dehiscit.
|
Alcmæon.

Bias.
|
Talaus, *cui sapiẽtiam & iustitiam Iupiter dedit.*
|
ADRAstus.
|
Diomedes, *à Pallade Deus factus.*

TYNDARIDÆ
ad quos maternum genus Thiæi victoris refert.

O — Oebalus.

Leucippus. α — Aphareus. β — Arene. — *TYNDAREVS ex Leda.* δ

Phœbe

Phœbe. Elaira. *desponsæ Castori & Polluci.*	Idas. Lynceus *oculatus. Hi volunt ducere consobrinas.*	CASTOR. POLLVX. Helena. *Idam & Lynceum interficiunt. Sed causas pugnæ ac euentus paulò aliter narrat Theocritus in Dioscuris Idyll. 27. & Ouidius lib. 5. Fast.*

Vrbs Argos φλέγεται ἀρεταῖς μυρίαις ἔργων θρασέων ἕνεκεν, *Lucet innumeris virtutibus propter fortia facta.*

Ζεῦ πάτερ, τῶ μὲν ἔραται φρενὶ, σιγᾶ οἱ στόμα. πᾶν δὲ τέλος ἐν τὶν ἔργων. οὐδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ προσφέρων τόλμαν παραιτεῖται χάριν. *Quod autem, ô Iupiter, mente expetit, nunc tacet. (alij, ô Iupiter quid amplius optet) Omniũ enim operum successus penes te est, nec ignauo corde petit auxilium, sed afferens audaciam.*

Μάλα μὲν ἀνδρῶν δικαίων περὶ καδόμενοι, καὶ μάν θεῶν πιστὸν γένος. *Viros iustos fideliter curant, & sunt Deorum fida soboles (& Deorum genus fidele est.)*

Χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων, *Difficile est cum fortioribus congredi.*

Οἴχεται τιμὰ, φίλων τατωμένω φωτὶ. παῦροι δ' ἐν πόνω πιστοὶ βροτῶν, καμάτου μεταλαμβάνειν. *Perijt honos viro orbato amicis, Pauci enim in periculo sunt fideles, qui velint esse participes miseriarum.*

XI.

ARistagoræ TENEDIO, *de magistratu & victoriis Sacris gratulatur. Nomen verò insulæ & vrbi* Tenedo, *cùm prius Leucophrys diceretur, à Tenno inditum narrat Pausanias pag. 261.*

Neptunus.		Clytius.
CYGNVS, *in Co-lonis Troadis, è regione Leucophrys, habitauit.*	Proclea, *Tenni mater. Philonome, nouerca.*	Celetor *ab Aiace interfectus.*

TENNVS Hemithea.

calumnijs nouercæ, inclusus arcæ, cum sorore, in mare abijcitur, sed appellit Tenedi, sic ab ipso dictæ, cùm antea Leucophris esset.

Εἴ τις ὅλεον ἔχων, μορφᾷ παραμέσσεται ἄλλον, ἐν τ' ἀέθλοισιν ἀριστεύων ὑπέδεξαν βίαν, θνατὰ μεμνάσθω πεπρωμένα μέλη. *Si quis diuitijs & formæ alijs antecellit, & vicit in certaminibus: meminerit se mortalem esse & tandem ingressurum esse terram. Decet autem celebrari bonos ciuium sermonibus, & mellita eis carmina cantari.*

Βροτῶν τὸν μὲν κενόφρονες αὐχαὶ ἐξ ἀγαθῶν ἔβαλον. τὸν δὲ οὐ καταμεμφθεὶς τ' ἄγαν ἰσχὺς, οἰκείων παρέσφαλεν καλῶν. *Alium iactantia inanis priuat bonis. Alium verò*

exte-

extenuantem suas vires (diffidentem suis viribus) frustratur propriis bonis animus timidior.

Ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ ἀμφέρουτ' ἀλλασσόμεναι γυιαῖς ἀνδρῶν θοὸς. *Antiquæ virtutes redeunt per interualla mutantes robur.*

Τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐκ ἔπιτυ τέκμαρ. *A Ioue constitutus nobis finis (euentus) ignotus est. Sed tamen superbè incedimus. & multa (non necessaria) conamur. Pendent enim animi ex impudenti spe (alligata sunt membra nostra impudenti spei) & absunt à nobis motus prouisionis (prouidentia remota est) modum igitur lucri (successus) venari oportet.*

Ἀπροσίκλων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι. *Cupiditatum, quas perficere non possumus, vehementiores insaniæ sunt, vel Maior insania est concupiscere impossibilia.*

ISTHMIA

in honorem Neptuni, & Melicertæ, Athamantis filij, in Isthmo sepulti, à Sisypho instituta feruntur.

Amythaon. Cadmus.

Athamas——INO. Semele.

Learchus, *à patre furente interfectus.* MELICERTas, *cum matre furente in mare desi-*

re desilijt. cuius cadauer ad Isthmum appellens, à Sisypho sepultum: ipse pro Heroe cultus, ac mutatis nominibus mater Leucothoe, ipse Palæmon dictus est.

ODA PRIMA.

Genealogiam integræ familiæ nullam continet, sed allusionibus ad varias historias stipata est.

Delus, Apollini & Dianæ, in ea insula ex Latona natis, dicata est.

Ceus, insula Delo vicina, Simonidis poëtæ & aliorum patria.

exercitui Cadmi) posteris Cadmi, Thebanis.

patriæ, in qua intrepidum Alcmena filium) Thebis Alcmena Herculem peperit. Quem timuerant Geryonæ canes, qui in insulis Hispaniæ vicinis, Balearicis, cum duobus fratribus concors regnauit, diues armenti: cuius custodem canem, Cerbero similem, & Eurytionem bubulcum, Hercules interficiens, armentum abduxit.

Castori, fratri Pollucis & Helenæ, filio Tyndari, Laconicæ principis. cuius sedes fuerunt Therapne inter Achæos, qui olim Laconicam inhabitarunt.

IOLAO, ex Herculis fratre nato.

Amphitryo——Alcmena.

Hercules. Iphiclus.

IOLAVS.

ad

ad Dirces) fontis Thebani, vnde Pindarus vates Dircæus, & ab Horatio, Cygnus Dircæus dicitur.

ad Eurotam) fl. alluentem Lacedæmonem.

Onchesti) Bœotiæ oppidum littorale, Neptuno sacrum.

Orchomeni) quæ Asopodori, patris Herodoti victoris, patria fuit, vnde Thebas filius migrauit.

ὁ πονήσας δὲ νόῳ καὶ Προμάθειαν φέρει. Passus aduersam fortunam fit cautior.

Κύφα δόσις ἀνδρὶ σοφῷ, ἀντὶ μόχθων παντοδαπῶν, ἔπος εἰπόντ' ἀγαθὸν, ξενὸν ὀρθῶσαι καλὸν. Leue donum est, sapienti, pro magnis laboribus laudes reddere, & commune bonum celebrare. Et paulò post. Pro certaminibus summa merces est, civium & hospitum lingua celebrari.

πολλακὶ τὸ σεσωπαμένον, εὐθυμίαν μείζω φέρει. Sæpè præterire aliquid silentio, ad tranquillitatem animi vtilius est. (Sæpè tacere plus habet Gratiæ.)

Ει τις ἔνδον νέμει πλοῦτον κρυφαῖον, ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ, ψυχὰν ἀΐδα τελέων, οὐ φράζεται δόξας ἄνευθεν. Si quis intus possidet abditas Diuitias, & incidens in miseros, deridet eos: non considerat se animam Plutoni soluturum sine gloria.

ODA II.

ἁ μοῖσα οὐ φιλοκερδὴς πω τότε ἦν, οὐδ' ἐργάτις, οὐδ' ἐπέρναντο &c. *Musa tum nondum erat lucri cupida, neq; mercenaria, & nondum ἐπερναντο vendebantur (vnde πορνὴ) dulces cantiones.*

Argiui viri) Aristodemi Spartani dictum χρήματα, χρήματ' ἀνὴρ. *pecuniæ, pecuniæ vir.* Gelt/ gelt/ das macht ein Man.

Ænesidemi filij) THERON & Dinomenes, *in Iouis luco, in Olympijs, immortalibus honoribus affecti sunt.*

οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης ἁ κέλευθος γίνεται, εἴ τις εὐδόξων ἐς ἀνδρῶν ἄγοι τιμὰς Ελικωνιάδων. *Non aspera nec ardua via est, canere laudes clarorum virorum.*

Μη νῦν, ὅτι φθονεραὶ θνατῶν φρένας ἀμφικρέμανται ἐλπίδες, μήτ' ἀρεταὶ ποτὲ σιγάτω πατρῴαν. *Nec verò, quia inuidia pendet in animis hominum, paternam virtutem sileat quispiam.*

III.

PRincipium congruit cum illo Aristotelis ad Alexandrum: Memento tibi regnum datum esse, πρὸς εὐεργεσίαν, οὐ πρὸς ὕβριν.

Ζεῦ, μεγάλαι ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται ἐκ σέθεν,

σθεν, O Iupiter, magnæ virtutes ex te manant (sequuntur) & durabilior est felicitas eorum, qui futura curant. Peruersis verò mentibus, non adest omni tempore florens prosperitas. εὐκλεῶν δὲ ἔργων ἄμινα χρὴ μνᾶσαι τὸν ἐσθλόν. Decet autem bonos honestorum operum præmia celebrare.

ἀνδρῶν δ' ἀρεταὶ σύμφυτον εὐ κατελέγχει, Non dedecorat à stirpe propagatam virtutem: cuius paternum genus ad Cleonymum victorem in sacris certaminibus: maternum ad Labdacum, Oedipi filium refert.

ἄτρωτοι γε μὰν παῖδες Θεῶν. Invulnerabiles sunt Deorum filij, Deorum filijs perseuerat virtus, Deorum filij retinent semina virtutum à maioribus accepta.

IIII.

MElissi Thebani victoris & cæterorum Cleonymidarum virtutem & felicitatem denuò celebrat. Qui ἀρεταῖς θάλλοντες, ἀεὶ σὺν θεῷ θνατὸν διέρχονται τὸ βίοτ τέλος, Virtutibus perpetuò florentes, Deo fauente, mortalem vitam transigunt.

Ἄλλοτε δ' ἄλλος ἔρος (εὖ ῥέω) πάντας ἀνθρώπους ὀπάϊσσων ἐλαύνει. Alias alius ventus secundus omnes homines adflans agit.

ἀνορέαις δ' ἐσχατίαισιν οἴκοθεν στάλαισιν ἄπτονθ' ἡρακλείαις, καὶ μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετὰν, *Suis virtutibus domo, vsq; ad columnas Herculis peruenerunt, & non longius virtus extendenda est.*

τῶν ἀπειράτων γὰρ ἄγνωστοι σιωπαί. ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων, πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι. *Eorum qui nihil experti sunt, vita silentio perit, & pugnantium fortuna incerta est, priusquam ad finem peruenit, aliquorum enim dat (Deus) finem (lætum exitum.)* καὶ κρέσσον' ἀνδρῶν χειρόνων ἔσφαλλε τέχνα καταμάρψοισα. *Interdũ verò præstantiorem, ars (fraus) comprehendens euertit, vt Aiacem Vlysses.*

τοῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνᾶεν ἕρπει, εἴ τις εὖ εἴπῃ τι, καὶ πάγκαρπον ἐπὶ χθόνα, καὶ διὰ πόντον, βέβακεν ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεὶ. *Hoc carmen immortale est, si quis aliquid vtile benè narrat, & radius (splendor) honestorum factorum non extinguitur, transiens per terram & per mare: (Carmine fit viuax virtus, expersq; sepulchri.)*

Melissum ait, contra Antagonistas, audacia Leonibus, consilio vulpi eludenti impetum aquilæ, similem esse. χρὴ δὲ παῦ ἔρδοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἔχθρον. *Quoquo modo reprimere hostem seu*

omnia

omnia facere repellendi hostis causa oportet (Dolus an virtus quis in hoste requirat.)

Supra portas Thebanas) Electridas, vbi Amphitryo & Hercules habitarunt.

De octo filijs Herculis, ex Megara Creontis, vel à patre furioso, vel ab alijs dolo interfectis, diuersæ opiniones ex scriptoribus, in commentarijs Græcis citantur.

HEBE, Iunonis filia, Ioui à poculis, Dea Iuuentutis, quam Herculi post mortem in matrimonium datam fabulantur.

V.

PHilaciden ÆGinetam, Lamponis *filium*, Cleonici *nepotem, carmine ornans, denuò in* ÆACIDARVM *laudes excurrit.*

Κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονα ἀνδρῶν, A DEO *probatur robur (virtus) virorum. vel, victoria à Deo est. Duo autem difficilem vitæ florem fouent & beatum faciunt,* εἴ τις εὖ πάσχων, λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ. *Si quis benè se habens, etiam celebretur.*

Μὴ μάστευε Ζεὺς γενέσθαι. *Non velis Deus fieri. Omnia habes, si bona illa habes, mortalibus mortalia conueniunt.*

εἰ δὲ τέτραπται θεοδότων ἔργων κέλευθον ἂν καθαρὰν, μὴ φθόνει κόμπον τὸν

ἐοικότ'

ἐοικότ' ἀοιδᾷ, κιρνάμεν ἀντὶ πίνων. *Cùm acta sit horum vita per purum iter diuinorum operum, ne inuideas eis laudationem pro egregijs factis. nam Heroici bellatores celebrantur omni tempore.* μελετὰν δὲ σοφισταῖς Διὸς ἕκατι πρόσβαλλον σεβιζόμενοι, *curam (exercitium, laborem) Sophistis (sapientibus scriptoribus) dederunt (præbent) Iouis consilio honorati.*

Oenidæ apud Ætolos) Protheus.

OENEVS
rex Ætoliæ.

Tydeus. — Meleager.

Diomedes. — Parthenopœus.

Thebis Iolaus, eques, Iphicli filius, qui frater Herculis vterinus fuit.

Perseus, qui Gorgones vicit, & fontem Musarum seu Academiam in monte Helicone condidit, Mycenis & Argis celebratus.

Castor & Pollux, ad Eurotam Lacedæmone. Oda 10. Nemeorum.

in Ægina, filij Æaci) Olymp. 8. Nem. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & paßim alibi.

Et nunc in bello SALAmis defensa à nautis Æginetis contra innumerabiles copias) in bello Xerxis, Anno mundi 3484. ante Christum 478. gesti,

quod

quod Herodotus lib. 7. 8. 9. accuratissimè descripsit.

Εν δ' ἐρατεινῳ μέλιτι καὶ τοιαῖδε τιμαι καλλίνικον χάρμ' ἀγαπάζοντι. *Tales (honores) victoriæ, delectantur carmine, sicut melle.*

VI.

EAndem Lamponis familiam Ægineticam, & Æacidarum, inprimis TELAMONIS res gestas laudibus effert. Qui Herculem, ad obsidionem Troiæ, sub rege Laomedonte, Priami patre proficiscentem comitatus, muros primus conscendit. Ideoq; Hesionen, Laomed. filiam, Priami sororem captam, Hercules ei coniugio iunxit. Ab Ilio domum nauigantes, tempestas in Coum detulit, vbi ab vrbe & hospitio prohibiti, regem insulæ Eurypilum Neptuni & Clytiæ filium, & incolas insulæ MEROPAS, à Gigante Merope dictas, interfecerunt.

Alcyoneus, bubulcus monti similis, in Phlegris, quas in Isthmo Thraciæ sitas Græcus commentarius refert. Noti sunt alioquin Phlegræi campi in Thessalia, vbi Gigantes cum Dijs pugnarunt, & in Campania Italiæ ad Cumas, vbi Hercules cum Gigantibus conflixerit.

Εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνα τι χαρεὶς καὶ πόνῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετὰς, σύν τε οἱ δαίμων φυτεύει, δόξαν ἐπήρατον, ἐσχα-

τιᾶς

τιᾶς ἤδη πρὸς ὄλβου, βάλλετ' ἄγκυραν, θεότιμος ἐὼν. *Si quis hominum ſumptu laboreq; lætatus, perficit virtutes diuinitùs datas, & ſimùl ei Deus plantat (tribuit) Gloriam amabilem: hic ad ſummam beatitudinem iacit ancoram, à DEO honoratus. In tali vita optat Cleonici filius peruenire ad ſenectam & mortem.*

Τὸν ἀργείων τρόπον εἰρήσεται που κ' ἐν βραχίστοις, *Argiuo more dicetur breuiſsimè (more Laconico.)*

Ταὶ ψαλυχιαδᾶν πάτραν χαρίτων ἄρδοντι καλλίστα δρόσῳ. *Pſalchiadæ (tribus Æginetica, ex qua hi victores orti ſunt) familiam ſuam rigant Gratiarum rore (ſunt benefici & comes) & domum Themiſtij (Iouis, iuris & legum) conſeruantes.*

LAMPON, μελέταν ἔργοις ὀπάζων, *ſedulitatem operibus adhibens (diligentiam omni negotio tribuens) Heſiodi dictum (μελέτη τοι ἔργον ὀφέλλει) valdè veneratur, & filijs recitans admonet, ſuæ vrbi commune decus adferens, Diligitur propter beneficentiam erga hoſpites,* μέτρα μὲν γνώμα διώκων, μέτρα δὲ κατέχων. Γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν. *Moderata conſilia habet, & modum ſeruat, nec lingua ſine mente vagatur. Dicas autem eum virum eſſe inter cæteros athletas, vt Naxiam cotem inter alios lapides.*

Theba-

VII.

THEBARVM decora præcipua enumerat, inter quæ primo loco Bacchum recenſet: cuius, ſicut & Tireſiæ vatis hiſtoriam, Ouidius lib. 3. & 4. Metam. recenſet. Herculis & Iolai & Adraſti Genealogia aliquoties antè repetita eſt.

ἀλλὰ παλαία γὰρ εὕδει χάρις-ἀμνάμονες δὲ βροτοί. ὅ, τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκηται ζυγέν. Sed antiqua Gratia dormit, & homines ſunt immemores, quando non accedit flos ſapientiæ iunctus flumini carminum.

ὦ πότμον μὲν ἄρης ἔμιξε, τιμὰ δ' ἀγαθοῖσι ἀντίκεισαι, Qui in bello mortuus eſt, Sed honos compenſat bonis mortem.

ὁ δὲ ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος. ὅτι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων ἔκαλος ἔπειμι γῆρας, ἔς τε τὸν μόρσιμον, Nec Deorum me affligat inuidia (neque inuideat mihi Deus) quod vitam ſuauem quotidie quærens, tranquillus accedo ad ſenectam, & ad fatalem horam.

Θνασκομεν γὰρ ὅμως ἅπαντες, δαιμων δ' ἀϊστος· τὰ μακρὰ δὲ εἰ τις παπταίνει, &c. Morimur enim omnes, & diuina conſilia ſunt ignota (neſcimus futuros caſus.) Si quis autem longinqua (procul) ſpectat, tamen minor eſt, quàm vt ſedem Deorum, (cœlum) attinge-

attingere posſit. Vnde & alatus Pegasus deiecit Dominum Bellerophontem, volentem in cœlum ascendere ad colloquium Iouis.

Τὸ δὲ παρὰ δίκαν γλυκύ, πικροτέῳ μένει τελευτᾷ. Iniustæ enim dulcedini acerbissimus venit exitus (voluptatem iniustam amarus exitus sequitur.)

VIII.

ÆGinam & Æacidas, ACHILLEM inprimis, ex Peleo & Thetide natum, celebrat.

ASOpus.

Thebe, vrbi Thebanæ, ad Dircen sitæ, nomen dedit. — ÆGINA — Iupiter.

ÆACVS, κεδνότατος ἐπιχθονίων, cuius filij & nepotes ἀντίθεοι, Deo similes, virtute ac fortitudine in prælijs, & simul modesti & sapientes.

Thetis, quam cùm Iupiter & Neptunus coniugem expeterent, Themis Peleo adiudicauit, ex qua illi natus est. — PELEVS. — TELAmon. — Phocus.

AIAX. — Teucer.

ACHILLES, ἀρεϊ χεῖρας ἐναλίγκιος, στερροπαῖσι τ' ἀκμὰν ποδῶν, Marti similis fortitudine manuum in pugnis, & fulguri similis robore & celeritate pedum.

Memno-

Memnonem) Ilus.

Tithonus.	Laomedon.
Memnon,	PRIAMVS
ad Troiam ab	rex Troiæ.
Achille interfectus.	

In Alcathoi agone) Megaris celebrato. *Pelopis enim filius Alcathous, occiso Leone Citharonio, ascitus à Megareo gener, & post eum regnasse, scribitur. Hinc Megaram vrbem, Alcathoen, Ouidius nominat. Alcathoë, quam Nisus habet.*

Præcedit autem initio Odæ, locus communis de Patientia, rectè fruente præsentibus bonis, & moderatè ferente incommoda, quæ Deus suo cuiq; tempore & loco imponit. παυσάμενοι δ' ἀπρήκτων, γλυκὺ καὶ δαμωσόμεθα (δημόω) κὴ μετὰ πόνου. *Desinentes à luctu inutili, dulce aliquid promamus (hilaritatem in publico ostendamus) post labores, in quibus Deus Tantali lapidem super caput nostrum pendentem, à nobis amouit, videlicet insuperabile bellum Græciæ, ac mihi finiuit (Deus) data victoria sollicitudinem præteritorum terrorum.* Τὸ δὲ πρὸ πόδος, ἄρειον αἰεὶ, χρῆμα πᾶν. δόλιον δ' αἰῶν ἅπ' ἀνδράσι κρέμαται ἐλίσσων βιότου πόρον. *Fruamur autem præsenti bono. semper quod ante pedes est, (res præsens) melius est. Ætas enim do-*

 losa ho-

losa hominibus impendet (fortuna incerta est) volvens iter vitæ.

Ἰατὰ δ' ἐστὶ βροτοῖς σὺν γ' ἐλευθερίᾳ καὶ τά. Χρὴ δ' ἀγαθὰν ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν. *Sed salua libertate (salua Republica) hominibus sanabilia sunt & hæc (mala quæ acciderunt &) bona spes retinenda est (oportet virum retinere spem bonam.)*

Hactenus singularum Pindari ODArum argumenta breuia, & Genealogias veterum GRÆCIÆ principum, PELOPIdarum, CADMÆOrum, ÆOLIdarum, ARGONautarum, PERSEI, & pronepotis HERCVLIS, Æsculapij, Atridarum, Tyndaridarum, BATTIdarum in Cyrene, inprimis verò ÆACIDARVM, Pelei, ACHILLIS, Aiacis, quorum memoria & celebratione crebra præ cæteris Pindarus delectatur, recitauimus. & GNOMAS seu Sententias, quæ sunt Regulæ consiliorum & actionum vitæ illustres, & sapientissimæ de communibus vitæ casibus admonitiones, excerpsimus. Quæ, ad hos ferè tres locos, & classes præcipuas, referri possunt.

De IVSTITIA, seu OBEdientia & Pietate erga Deum, parentes, magistratus, benemeritos & alios virtute præstantes: & Neminem lædente vi vel fraude.

De

De MODESTIA, frenante superbiam, ambitionem, arrogantiam, κενοδοξίαν, iactantiam: & considerata rerum humanarum instabilitate, intra vocationis & fortunæ suæ metas se continente: nec stulta elatione animi, aut fiducia propriæ sapientiæ, industriæ & præsentis felicitatis, efferentie se supra vires, vt fastidito præsenti ac mediocri vitæ statu, nimis alta & sublimia concupiscat, & in cœlum euolare cupiat, vnde Bellerophontis exemplo, lapsu grauiore ruat. Exiguo enim tempore durat hominum felicitas, & rursum cadit in Terram, stulta mente quassata. Τὶ δέ τις, τὶ δὲ οὔτις? ἐφάμεροι, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Pyth. 8.

Postremò de PATIENTIA, placidè ferente, & boni consulente præsentem vitæ statum, & incommoda, quæ Deus suo cuiq́ loco ac tempore imponit. Nam ἐν παρ' ἐσλὸν, πήματα σὺν δύο, δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, ἀλλ' ἀγαθοὶ τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω. Iuxta vnum bonum, mala simul duo, distribuunt hominibus Dij immortales. Mala igitur Non possunt insipientes eleganter ferre: Boni verò pulchriora foras vertunt. Pyth. 3.

Hæc ferè summa est concionum PINDARI LEgalium: *Quæ ex notitia* LEGIS DEI, *naturâ mentibus humanis insita, velut ex augusto & perenni fonte, omnes deriuatæ emanarunt. de qua Paulus Roman. 1. & 2. inquit: Gentes, Legem (scriptam) non habentes,* NATVrâ (*naturali notitia*) *quæ legis sunt, facere, & demonstrare opus (summam) Legis scriptum in cordibus suis, simul testificante eorum conscientia, &c. Hæc verò notitia de* DEO *& prouidentia puniente scelera, & de Iustitiæ, Modestiæ, ac cæterarum virtutum officijs, naturæ insita; toto genere, & constitutis & accuratis limitibus secernenda est ab Ecclesiæ propria sapientia* EVANGELII *de* FILIO DEI *redemptore & seruatore nostro Iesu Christo, de remissione peccatorum & reconciliatione cum* DEO *per fidem propter Christum: & de Obedientia erga* DEum, *prælucente hac fide in Christum* DEO *præstanda. Hæc notitia voluntatis Dei, offerentis nobis gratuita misericordia, remissionem peccatorum & salutem æternam, non propter nostras virtutes, sed propter solum Filium Dei mediatorem per fidem (quæ proprium ecclesiæ Dei patrimonium est) prorsus ignota fuit* PINDARO, *& omnibus extra ecclesiam sapientibus, Philosophis, Oratoribus, & Poëtis. de qua Iohannes inquit: DEVM nemo vidit vnquam (hanc arcanam voluntatem*

luntatem de saluando genere humano & modo salutationis per Filium, nemo vidit sine reuelatione Matth. 11.) Filius qui est in sinu patris (intimum pectus patris introspiciens) ipse enarrauit. Ideo mysterium æternis temporibus absconditum nominatur Rom. 16. Ephes. 1. 3. & alibi.

Cùm igitur Basilius, ad legenda Ethnicorum, Poëtarum, & Oratorum scripta, Christianos adolescentes hortatur, quòd vel eadem dicant, & prodesse consensum: vel diuersa, & prodesse collationem: idem in lectione PINdari sciamus, EAdem eum cum Christianis dicere de LEGE DEI. prorsus verò ignotum ipsi fuisse EVANGelion de filio DEI saluatore & de Fide. de quo Psal. 2. dicitur: Osculamini filium, Beati omnes, qui confidunt in eo. Longè igitur errant, qui Pindari Odas, cum Dauidicis comparant, vel etiam planè illis anteponunt.

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1702173135/phys_0105

Illustri ætatis nostræ viro, & Poëtarum optimo, D. PAVLO Schedio MELISSO, Comiti Palatino, Equiti, & ciui Romano, Illmi Elect. Palatini Consiliario, Domino colendo.

S. D.

RElegi his diebus Pindarum, cuius Diuinis & sublimibus & penè supra communem ingenij & sapientiæ humanæ captum positis concionibus & Gnomis, & interspersis veterum Græciæ principum historijs, semper delectatus sum. nec in vllo scriptore alio, post sacras literas, extare sententias de Deo & prouidentia; de iustitia; de Modestia non efferente se supra vires, sed intra vocationis & fortunæ suæ metas se continente: de Patientia rectè fruente præsentibus bonis, & moderatè ferente incommoda, quæ Deus suo cuiq; tempore & loco imponit: de Inconstantia Fortunæ &c. grauiores & densius stipatas, arbitor. Itaq; magna cum sapientiæ & eloquentiæ Pindaricæ admiratione, ODAS ipsius denuo repetiui, ac ex singulis, GENEALOgias veterum Græciæ principum, & GNOMas ac Noemata, quæ cùm Pindarum olim meis familiaribus interpretarer, velut maximè insignia notaueram, excerpta, in hunc libellum redegi. Quem ad te quoq; verum & vnicum Germaniæ nostræ

PIN-

PINDarum, & tùm in omni reliquo Carminum genere felicißimum, tùm verò in Lyricis planè excellentem ac diuinum, & Orphei ac Terpandri Lesby Lyræ omnino parem, mittere volui. nam te non solùm voluptatem ex optimi autoris relectione mirificam subinde cepisse: sed omnem illius spiritum, sanguinem & succum ac medullam imbibisse video. Cùm igitur pro eruditißimis, & ab omnibus Musis & Gratijs elegantißimè expolitis Poëmatũ tuorum schediasmatis, in vrbe Parisiorum nitidißimè expreßis, quæ ad me dono miseris; nihil ex meo, præter animum gratum, quod rependam, suppetat: oro vt qualemcunq; hanc, à Pindaro tuo subministratam obseruantiæ erga te meæ significationem, boni consulas. & inter eos, qui diuinam ingenij tui venam suspiciunt, colunt, venerantur & celebrant, me quoq; numeres; & Filios meos, si quando studiorum causâ peregrinantes ad te venient, benignè complectaris. Benè & feliciter vale. Rhodopoli. In ferijs Pentecostes: cùm Decalogus legis Diuinæ, ante 3105. annos, in monte Sinai diuinâ voce promulgatus est. In cuius præcepta, Pindari nostri concliones, olim distribuimus. Anno 1596.

Εἰς Πίν-

IN STATVAM
PINDARI
ex libro Epigrammatum Græcorum.

Θήβης δ' ὠγυγίης ἑλικώνιος ἵσατο κύκνος
Πίνδαρος ἱμερόφωνος, ὃν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Ἔτρεφε Βοιωτῷ παρὰ σκοπιὴ ἑλικῶνος.
Καὶ μέλος ἁρμονίης ἐδίδαξατο. πικρὰν δὲ
Ἐξόμεναι λιγυροῖσιν ὑπὸ στομάτεσι μέλισσαι
Κηρὸν ἀνεπλάσαντο σοφῆς ὑπὸ μάρτυρα μολ-
πῆς.

Pierius cygnus, Thebanæ, Pindarus, vrbis
Antiquæ, facundus erat, quem fouit Apollo
Arcitenens, viridi Bœoti Heliconis in antro.
Concentusq; melos docuit. nam sponte canoris
Prouidæ apes labijs puero finxere sedentes
Ceram, quò fieret vates sublimior olim.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1702173135/phys_0112

STATVAM

NDARI

bro Epigrammatum

Græcorum.

υγίης ἑλικώνιος ἵστατο κύκνος

φωνος, ὃν ἀργυρότοξος Απόλλων

ῖο παρὰ σκοπιὴν ἑλικῶνος.

μονίης ἐδιδάξατο. τικτομένου γὰρ

οῖσιν ἐπὶ στομάτεσσι μελίσσαι

ταντο σοφῆς ἐπὶ μάρτυρα μολ-

(πῆς.

Thebanæ, Pindarus, vrbis

ndus erat, quem fouit Apollo

di Bœoti Heliconis in antro.

los docuit. nam sponte canoris

bijs puero finxere sedentes

et vates sublimior olim.

UB Rostock
DS 16000
306
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1702173135/phys_0113